

1572
1575
1578

1575
1572
1570

AB
153490

V 00

alte Nr. 260.

Sponselius, J.

enthält 6 weitere Schriften.
darunter Abdruck von
Luthers Unterricht der
Visitatorn. 1528.

K. IV. 44.

4

RESPONSIO
EXVLVM TURIN-
GICORVM AD INVECTIVAM
D. IOHANNIS STOSSELI, QVAM
MENSE OCTOBRI ANNO
M. D. LXV. EMI-
SIT.

I. Corinth. 2.

*Spiritualis omnia quidem dijudicat, ipse verò à
nemine dijudicatur.*

I. Corinth. II.

*Oportet Sectas inter vos esse, quò qui probati
sunt, manifesti fiant inter vos.*

Gala. 5.

Qui conturbat vos iudicium portabit, quisquis est.

Matth. 18.

*Si Ecclesiam non audierit, sit TIBI velut Eth-
nicus & publicanus.*

M. D. LXVII.

RESPONSI

EX V L V M T V R I A M

G I O R G I V M A D I N V E C T I V A M

D. JOHANNIS STOSZELII, QVAM

MENSE OCTOBRI ANNO

MDCCLXXII. EMPT.

SIT.

I. Corinths.

Spiritalis omnia quidem iudicat, ipse deus
ratione iudicatur.

II. Corinths.

Oportet scire inter vos esse, qui probati
sunt, manifeste sunt inter vos.

Cor.

Qui conturbat vos iudicium portabit, quisquis est.

Matth. 23.

Si Ecclesiam non audierit, sit TIBI velut Ebb.
sicut et publicanus.

M. D. LXXII.





B E O T E M P O R E, Q V O H I S T O R I A M Thuringicæ persecutionis nostræ, typis lingua vernacula euulgauimus, sæpè nobis non sine terrificis minis obiectum est, parari ab Aduersarijs nostris istiusmodi Refutationem, iam iam publicè nobis opponendam. Quæ non solum multa plaustra mendaciorum ex nostro Scripto productura, sed totam quoq; Causam nostram penitus eleuatura esset: Atq; ita nos non citra maximum nostrum incommodum & infamiam sensuros, negocium esse nobis cum hominibus minime contemnendis. His percussi terriculamentis, iam dudum expectauimus, à tam eruditis & argutis Disputatoribus, sapientissima oracula, & artificiosè excogitata Sophismata (Sophismata dicimus, de veris enim & solidis argumentis semper fuimus, & adhuc sumus securi) quæ nos Indocti & Balbutientes difficulter intelligere, nedum refutare possemus: hæsitantes fore, vt Veritas propter nostram infantiam aliquid detrimenti caperet.

Verum, dum interea per integrum biennium parurientium horum Montium Giganteum aliquem & generosum fœtum, hoc est, augustum, grande & argutissimum Respõsum auidè inhiamus, Ecce, prodijt tandem Doctoris Ioannis Stoffelij monstruosissimus abortus, seu potius scurrilis ψευδολογία & Inuectiua, qua hæc ætas non vidit atrociolem & mordaciolem. Hanc vt complicibus suis gratam & vendibilem redderet, inscripsit eam specioso APOLOGIÆ titulo: cum tamen nihil minus quàm Apologiæ nomen mereatur, Eamq; moderatissimo & neruosissimo Mansfeldicorum

feldicorum Theologorum Scripto opposuit: Magna, sanè, vt apparet, cum indignatione & fremitu ferens, vlcus sibi ab his ita importunè tangi, & iugulum satis letaliter peti.

Gloriatur autem in ea Stoffelius satis quidem arroganter & proteruè, Arcem se causæ inuasisse, & *προφασιν* Flacianæ Factionis detexisse. Sed re vera nihil roboris, nihil firmi aut veri habet Apologia. Tantum pristinas nugas, Declaratiunculas & glossas, fuscis & erroribus fœcundissimas (ad quas iã antea cum in visitatione, tum in nostræ Eiectionis compendiosa Historiola, Stoffelio abunde responsum est) odiosè recantat, ijsq; incautum Lectorem plausibili impostura & specioso astu obtundit, circum ducit, & in suam sententiam pellicit. Nostra verò argumenta, quæ ei, euidētibus Scripturæ testimonijs & alijs grauibus rationibus confirmata, opposuimus, ne extremis quidem digitulis, bellus disputator, attingit. Tandem ad conuitia, probra, vituperia & calumnias se conuertit & tetris criminationibus Causam suam imperitioribus, quorum animi facile capiuntur, probatam reddere conatur, adeoq; summam victoriæ in eo sitam esse existimat, si multitudine & atrocitate conuitorum nos obruat, deformet, publicè prostituat & inuisos omnibus reddat. Hinc tam virulentis & crassis mendacijs, & planè diabolicis calumnijs in nos & alios rabiosè debachatur, sæuit, & furit: vt mirentur multi boni, quomodo vnus Homuncionis pectus tanta potuerit exæstuarè maledicentiã.

Prætendit quidem huius suæ excandescētis acrimoniæ causas speciosas, se scilicet à Coniuratis Flacij quotidianis ad conflictum prouocari conuitijs, & tam
nomen

nomen & famam, quàm doctrinam suam à quibusdam Pseudozelotis ex odij acerbitate oppugnari, arrodi, lacerari, & virgula censoria notari. Verum his vociferationibus Sycophanta hoc vnum agit, vt ad Calumniam, quæ instar zizaniorum facile hæret, & nonnunquam altas radices agit, viam sibi sternat, ac multorum beneuolentiam conciliet, nosq; prægrauet, quasi ipsum prius iniustis criminibus offensum, ad rependenda conuitia compulerimus.

At omnes sani, qui certaminum in Thuringia motorum non prorsus sunt ignari, quiq; Cōfessionem Mansfeldensium Theologorum nuper editam, præsertim eam partem, vbi de Stoffelij perplexitatibus & calumnijs agitur, attentius considerarunt, facile animaduertēt, eum nec ab Exulibus, neq; à Mansfeldicis vlla vnq; iniuria esse affectum, aut conuitijs lacessitum: sed diabolica malitia & violenta vindictæ cupiditate, atq; etiam propriæ conscientiæ furijs & mordacibus stimulis exagitatum, Biliosum hominem Felis vesicam semel penitus exonerare voluisse. Et vt maximè atrox & mordax ipsi videretur Mansfeldicorum Confessio, vel aliquantò asperius cum eo fuisset actum (de quo tamen iudicium relinquimus pio Lectori) tamen decebat tantum Theologum, huiusmodi importunitatem rectè monentium, modestius ferre, & omnia prius experiri, quàm ad tam execrandas & flagitiosas decurrere criminationes iuxta Legem, quam ipse adeo nuper sanciuit, nempe: Collegas in eadem vera Ecclesia aut placidè sanandos, aut sapienter sine impietate tolerandos esse.

Lutherus contra Regem Angliæ scribit, Illos, qui alijs solent multa præcipere de comitate & patientia,

entia, tūm demum solere insigniter furere, cum paululum sunt irritati. Sic Stoffelius multa futiliter prædicat & blaterat de dilectione, concordia, patientia, ἐπιεικία, lenitate & mansuetudine, Et tamen interea ne vestigium eorum præstat, Imò ipso paululum irritato, nemo est importunior, furiosior, hostilior & maledicentior. Admodum igitur accommodatè Mansfeldenses suo Responso præfixerunt illud Salomonis, Proverb: 25. Acetum in nitro, Bona cantilena, cordi pessimo: Nam ad illorum modestissimam & placidissimam admonitionem Stoffelius ita furit, ringit & frendet, vt, si posset, Acheronta moueret. Nonne verò hæc est, iuxta Salomonis testimonium, pessimi cordis nota & indicium? Proindè, consideret Stoffelius, quæ moderatè suam Apologiam scripserit, & Archilocho mordacior apparebit.

1. Pet. 5. ^c Nos tanti furoris & amarulentiaë causam principalem esse non dubitamus, illum ipsum, cui scriptura à Calumnia nomen DIABOLI indidit. Accedit huc προκαταρκτικὴ illa exterior, quod hominem inflatum, & obiurgationis impatientissimum vrit publica Dogmatis sui improbatio, & iusta suarum Actionum reprehensio. Omnis enim, qui malè agit, odit Lucem, & non venit ad Lucem, vt non arguantur opera eius, Ioannis capite tertio. Quia verò Stoffelius pessimè egit, de quo nobiscum præstantissimi illi veræ Theologiae Professores, lena expulsi, verum testimonium perhibere poterunt, Igitur Lucem odit, & odio Veritatis, ac iustæ & necessariæ increpationis, cornua sumit contra Dominum & Christos eius.

Verisimile quoque est, quòd Stoffelius hac styli & linguæ mordacitate, qua omnes alios longè superat,

rat, suis Promotoribus & Adiunctis, quibus nihil gra-
tius ea nec optatius præstari posse nouerat, pro am-
plissimis beneficijs in se collatis, specimen gratitu-
dinis exhibere voluerit: Atq; adeo fidem illis facere,
se omnino à Flacianis defecisse, hoc est, Veritatis pri-
stinam Confessionem abiecit, Castra piorum dese-
ruisse, Aduersariorum partes defendendas suscepisse,
Et ex amico & socio, sicut olim existimabatur, factum
esse crudelissimum Hostem, & acerbissimum Perse-
cutorem sui ordinis, iuxta illud Lutheri: Ex deserto
ribus D E I, fiunt persecutores D E I. Imitantur enim
Patrem suum Satanam. Is, postquam de cælo per
peccatum delapsus est, acerrimus Hostis Christi &
Ecclesiæ factus est.

In Gen. fo. 45^o

Etsi autem quorundam opinione indignum fore
talsis & superuacaneum iudicabitur, scriptis amplius
contendere cum Stoffelio, cum κριτόμενον nostræ Eie-
ctionis, & pleraq; alia iam antea satis publicè expli-
cuerimus: Tamen cum superioris nostræ Historiæ
Exemplaria in paucorum manus peruenerint, Et con-
stet, præcipuam partem huius Certaminis ad nos eti-
amnum pertinere, omnino quoq; à nobis aliquid
respondendum Stoffelii Inuectiue fuit: Ne vel tur-
piter loco celsisse, vel Causa nostra, quam si non op-
primi, certè in tanto criminationum pelago pericli-
tari prospicimus, excidisse videremur, Quamuis præ-
ter nostram voluntatem & multorum expectatio-
nem, nescimus quo fato, hæc editio plus æquo pro-
tracta sit, Sed habent etiam nonnunq; parua commo-
da magna moræ.

Proinde

Proinde, coram Deo & Ecclesia piè & sanctè
testificamur, Nos, quicquid huius facimus, facere non
superba aliqua confidentia inflatæ propriæ sapientiæ,
aut fiducia vllius humani præsidij: Non peruicati
πολυπραγμοσύνη suscipiendi aliena, & pertinaciter de-
fendendi falsa, impia, inutilia & non necessaria: Non
malitioso studio ferendi vllas doctrinæ corruptelas,
lites aut dissidia: Nequaquæ verò temeraria cupiditate,
mœstam Christi Ecclesiam perturbâdi & implicandi
atrocioribus distractionibus, & ærumnis tristiori-
bus, Absit, vt huiusmodi nos instimulet arrogans ama-
bitio & immodica prædicatio nostri: Aut insolens
φιλονεικία pugnandi de rebus leuibus & non necessa-
rijs: Aut impudens inuidia, & petulantia premen-
di, & sine vlla causa nocendi bonorum famæ & no-
mini: Aut malitia, sine vlllo metu iudicij diuini, nostræ
conscientiæ, & aliorum rectè sentientium, laxandi fre-
nos cupiditatibus nostris, & propter aucupium vanæ
gloriolæ accersendi nobis exilia, & alia incommoda
ac pericula non necessaria. His enim monstris vitio-
rum, & alijs grauioribus calumnijs, quarum confu-
tationem infra ponemus, ab Aduersarijs satis protera-
uè oneramus, & quidem sceleratè flagellamur.

1. Sed huc nos impellit primò pius zelus, quem no-
uimus omnes pariter Christianos Deo debere. Vide-
mus enim deformari gloriam Dei, flagitiosè prostitui
eius nomen, prodi Veritatem, corrumpi & deprauari
cœlestis doctrinæ puritatem: Et contra vero reuocari,
spargi, & mordacissimè defendi falsas & fanaticas
opiniones, inanes λογομαχίασ, captiosas & flexiloquas
perplexitates, nebulas, somnia, fermenta & portenta
humanæ rationis, contra manifestam verbi diuini lu-
cem,

Huius

Huius Sacrilegij iusta indignatione , decet nos
ardere vehementius , & pugnare pro Lege fortius. “
I. Petri 2. Vocamur omnes , genus electum , regale “
sacerdotium , gens sancta , populus , qui in lucrum ac- “
cessit , vt virtutes prædicemus illius , qui è tenebris “
nos vocauit in admirabilem suam lucem. Tenemur “
igitur omnes , siue professione Doctores , siue Audito- “
res simus verbi diuini , vt fideliter & purè vera præ- “
dicemus , Corruptelas autem veræ doctrinæ & alios “
errores dextrè refutemus , constanti & perpetua vo- “
luntate coram Deo & Homínibus Veritatē profitea- “
mur , nec eius testimonium & patrocinium , propter “
terrores , odia , supplicia , & alia pericula turpiter abij- “
ciamus. Christus inquit Matth. 10. Qui me confessus “
fuerit coram hominibus , confitebor & ego illum “
coram Patre meo cœlesti: Quisquis verò me negaue- “
rit coram hominibus , negabo eum & Ego coram “
patre meo , qui in cœlis est. Huius præcepti & commi- “
nationis autoritate impulsus , non possumus non Veri- “
tati ferre testimonium , & manifestis mendacijs contra- “
dicere. Hoc ab omnibus Catechumenis Secundum “
præceptum Decalogi , Symbolum , priores tres oratio- “
nis Dominicæ partes grauiter requirunt , vt scilicet “
Gloriæ diuinæ celebrationem , veræ fidei confessio- “
nem , nominis diuini sanctificationem , Regni cœlestis “
propagationem , & voluntatis paternæ executionem “
promoueamus , Et quæ hæc contrà impugnant , ore “
& scripto publicè refellamus. In Baptismo sanè omnes “
Deo sanctè vouimus , contradicturos nos Satanae & “
eius operibus. Nec diffitebitur quisq̃ , cœnæ Domi- “
nicæ , à Patribus piæ antiquitatis nomen Sacramenti “
propterea impositum , vt eius vsu , tanq̃ Symbolo , tes-

B

lera

sera & Iuramento militari, ad hanc obedientiam & Confessionem publicam nos obligatos profiteamur. Agnoscimus igitur vnà cum D. Cypriano, non solum publicam veræ doctrinæ Confessionem, & falsæ damnationem, Deo & Ecclesiæ nos debere: Sed etiam, quoties sanguinem Christi bibimus, toties paratos nos esse debere, ad sanguinis nostri effusionem, pro Christo, eius gloria & verbo,

2. Ceterum, præter hunc iustum zelum & communem obedientiam, quam in genere omnes Christiani DEO debemus, imponit nobis Ministerij nostri ratio singularem & ineuitabilem hanc necessitatem, vt videlicet ex officio Vocationis, nostra fidelitate, constantia & diligentia succurramus afflictæ Ecclesiæ, docendo & monendo vera, & propulsando falsa. Nam si vnquam in hac cymba, metu naufragij, Veritas conquassata & periclitata est, certè nunc opus habet fidei Naucleris & talibus Ministris, qui simpliciter & candidè amplectantur, dicant & doceant vera, recta, perspicua, explicata & salutaria, quicquid è contra insidiosas occultationes, simulationes, inuolucra, falsa dogmata & fermenta (quorum hoc ingratum seculum, proh dolor, ex iusto DEI iudicio & supplicio, nimis ferax & fœcundum est) detegant, abominentur, pellant, damnent & anathematizent. Propterea enim in Scriptura tam Augustis titulis insigniuntur Ecclesiæ ministri, vt non dedignetur eos Spiritus sanctus appellare Videntes, Speculatores, Pastores, Canes alacres, Angelos Domini exercituum, Excubitores, Piscatores hominum, Sapientes, Scribas, Sal terræ, Lucem mundi, Altam
ciuita

ciuitatem, Lucernam supra candelabrum positam,
Episcopos, Præcones, DEI cooperarios, Legatos
Dispensatores mysteriorum DEI &c. Quarum ap-
pellationum mentione, nostri officij serio admone-
mur, vt non solum potentes simus exhortari per sa-
nam doctrinam, sed etiam conuincere & arguere
contradicentes, Tit: I.

Ac, si omninò Ecclesiæ interest scire, quis pro
Publicano & Peccatore habendus, Matthei decimo
octauo, Quis Pseudopropheta sit, & propterea fu-
giendus, Matthei septimo, & vicesimo quarto. Si sa-
tisfaciendum est præcepto Paulino Roma: 16. Con-
siderate eos, qui dissidia & offendicula contra Doctri-
nam, quam vos didicistis, gignunt, & declinate ab
eis. Item Actorum 20. Attendite vobis & cuncto
gregi, in quos vos Spiritus sanctus posuit Episcopos,
ad regendam Ecclesiam DEI &c. Vigilate, Si noti
esse debent Ecclesiæ, cum quibus non sit communi-
candum, prima Corinthiorum quinto. Qui tanquam
Hæretici vitandi, ad Tit: tertio. Qui non recipiendi in
ædes, nec quibus Aue dicendum, 2. Epistola Ioannis.
Deniq; vt Auditores Idiotæ de aliorum Concioni-
bus, Scriptis & Libris iudicare rectius, prima Co-
rinthiorum decimo quarto, & quæ fidei parum Ana-
loga sunt, damnare etiam ipsi ex fundamento pos-
sint, iuxta illud, Gal: I. Qui aliud Euangelium propo-
suerit vobis, quam quod Ego docui, Anathema sit:
Certè Ministrorum Ecclesiæ erit, veram Christi vo-
cē Quibus semper & fideliter proponere, & dehortari
easdem ac auertere ab vlulatu Luporum, à Syrenum
insidio.

Ioan. 16.
1. Timo. 5.

insidiosis blandimentis, à Mercenariorum peregrina
voce, à Furibus & Latronibus. Cur iubemur arguere
Mundum de peccato, arguere peccantes coram om-
nibus, vt cæteri timorem habeant? Item erudire eos,
qui obſiſtunt, ſi quando de illis. Deus poenitentiam
ad agnoſcendum veritatem, & reſipiscant à Diaboli
laqueo, capti ab eo ad ipſius voluntatem, 2. Timot. 2.
Quis Prophetarum abhorruit, etiam cum discrimine
vitæ, publicè arguere & execrari, quantumuis ſum-
ma vel doctrina vel dignitate ornatos, quando à Veri-
tate deflexiſſe eos depræhenderunt. Ita Ioannes Ba-
ptiſta, & reliqui Apoſtoli, ac qui ſecuti eos ſunt ex-
primis & antiquis Doctõribus, Et hoc noſtro tempo-
re cum Luthero omnes rectè ſentientes, neutiq; veri-
ſunt, aut deſierunt, pro loco & vocatione, nominatim
etiam ac in ſpecie ſeu hypothefi, theſin doctrinæ ac
eiufdem antithefin, cum Errorum authoribus & ap-
probatoribus, aut diſertè explicare aut damnare.

Horum & nos optemperantes monitis & exem-
plis, non poſſumus nõ in hoc noſtro Scripto, tanq; fidi
ſpeculatores, præmonere Eccleſiam Chriſti, tam no-
ſtri ſæculi q; futuræ ætatis, vt irruptiones Luporum
rapacium, & Pſeudoprophetarum fermentum, quod
iamdudum cæpit corrumpere fere totam Maſſam
Germaniæ, diligenter attendat, caueat, defleat, abo-
minetur & deteſtetur: luxta ferentes, ſi ab Aduerſa-
rijs propterea viri rixarum, contentioſi, ſeditioſi, per-
turbatores &c. proclamemur. Beati eſtis, inquit Chri-
ſtus Matth. 5. quum probra iecerint in vos homines,
& iſectati fuerint, Et dixerint omne malum verbum
aduerſus vos, mentientes propter me. Gaudete &
exultate, quoniam merces veſtra multa eſt in cœlis.
Sic

Sic enim persecuti sunt Prophetas, qui fuerunt ante
ves.

Postremo, non solum Deo hanc obedientiam, &
Ecclesiae hanc in vocatione fidelitatem: sed etiam fa-
mae nostrae, propter propriam conscientiam, propter
proximum & posteros, hanc debemus Confessionem,
benevolentiam & pudorem, ut eam à Sycophanticis
Calumniatorum morsibus, quoad possumus, publicè
vindicemus. Melius est nomen bonum, inquit Scri-
ptura, quàm diuitiae multae. Et crudelem in se, Ethnici
hunc pronunciant, qui propriam negligit famam. Sic
D. Augustinus grauer nobis huius boni conserua-
tionem & defensionem commendat, cum inquit: Ita
Doctor bonam eligat vitam, ut etiam bonam non
negligat famam. Necessaria NOBIS est vita nostra,
ALII fama nostra. Pie igitur nos facere confi-
dimus, qui has maculas, quibus nos hic impurus
φιμην λέπικα satis foede & calumniose conspurcauit,
abstergamus.

Deploramus quidem hanc Mundi leuitatem, qua
procliuior ferè est, promptas porrigere aures, Diffama-
torum in Bonos calumnijs: Sed nec ista Responsio
nostra prorsus omnis apud omnes expers erit fructus
& lucri. Neque praesentis tantum saeculi ratio habenda
nobis fuit, sed etiam posteritatis, cui dabit Deus suos
oculos, ut videat haec rectius, & emunctas nares, ut
iudicet ista aequius. Ut enim bonus Agricola serit
arbores, quae alteri etiam saeculo profunt (ut ex Statio
apud Ciceronem est) Ita haec nostra Historia non
huic tantum aetati, sed posteris etiam hominibus ser-
uire debet.

Accesserunt & aliae plures & quidem grauissimae
B 3. causa

3.

Proverb. 22.

66

6

6

6

causæ, (quarum infra copiosior erit explicatio) quæ nos inuitos huc pertraxerunt, vt ad nepharias & indignas Stoffelij̄ διαβολιάσ κὶ ψευδολογιάσ prorsus surdis & mutis esse nobis nequaquã licuerit, Sed omninò necesse fuerit, tam tetra & infanda mendacia & crimina, ex officio, hac iusta & à Deo nobis concessa defensione, publicè depellere & refutare.

Lectorem pium igitur, qua possumus humilitate, vnice obsecramus, vt, affectibus, & prosopolepticis retinaculis seu decipulis longè semotis, rem ipsam, iuxta amussim Verbi diuini piè examinet & cognoscat, simplici Veritati placidè suffragetur, & de nobis æquabilius, quàm impurum Sycophantarum vulgus solet, sentiat & iudicet. Nec verò ex styli ruditate & humilitate, qua nos, pro mensura doni diuinitus nobis concessi, longè inferiores esse nostris Aduersarijs nouimus, & libenter fatemur, causæ magnitudinem & bonitatem eleuet, aut prægrauet.

Vt autem Lector, quid expectare à nobis in hoc Scripto debeat, breuiter & disertè cognoscat: Tria nobis restare sciat, quæ partim repetenda, partim Stoffelij̄ Apologiæ nunc necessariò opponenda fuerunt.

I.

Primum igitur denuò & quidem strictim recitabimus, qua potissimum de causa, in hacce Exilij̄ difficultates deuenimus:

II.

Deinde, Diuino adiuti auxilio, demonstrabimus, quàm vanè & quidem contra suam conscientiam negat

get Stosselius, se colludere cum Adiphoristis, Maioristis, Synergistis, & alijs id genus purioris doctrinae Corruptoribus.

III.

Postremo, aliquot Calumnias, quibus passim Inuectiua speciosè palliatur & amplificatur, & quibus nos omnibus Hominibus exosos reddere conatur, abstergemus.

Hæc tria dum egerimus, simul etiam per occasionem ad alias Stosselij obiectiones obiter respondebimus.

PRIMA PARS.

SATIS IMPVDENTI ORE, ET PERFRICTA fronte in Apologia sua Stosselius crepitat (vt quidam dedidicisse ipsum, & exuisse omnem pudorem pleraque eius Actiones, dicta & Scripta hæcenus liquido demonstrarunt.) Neminem se voluisse iurare in Voces Declarationis Strigelianæ: Se non fuisse propugnatorem Phræseos, in ea Declaratione propositæ: Se liberum alijs fecisse, vsurpare aut reijcere eam: Se nemini in Ecclesijs Thuringicis seruitutem aliquam ex his verbis inieccisse. Nec propterea nos fuisse ex Ecclesijs, nostræ curæ tum legitime commissis, in Exilium eieccos, quod scilicet repudiauerimus eam Declarationem, sed quod susceperimus Factiosa consilia & Molitiones contra Scholas & Ecclesias. Illud autem quàm neget impudentissimè, hoc verò quàm affirmet futiliter & proteruè, cognoscet Lector ex vestibulo primæ huius partis, & posterioris pleniore explicatione.

Neutiq̃

Neutiq̄ verò arbitramur, altius esse repetendam commemorationem Historiæ, cur & quomodò superioribus annis, Illustrissimus Princeps Saxonix, Dux Ioannes Fridericus Secundus &c. (in scijs tamen & inconsultis Theologis) M. Victorinum Strigelium, eo tempore in Academia Ienensi Professore, inde captiuum abduxerit, primò in Arcem Leichtenburgicam, deinde elapsis aliquot diebus Gotham. Vbi Synceri aliquot Theologi (inter quos tunc etiam Stoffelius, sicut Saul inter Prophetas erat) mandante & sic volente ipso Principe, vnicè studuerunt, quo pacto hominem Fanaticum, voce & calamo, propositis Scripturæ firmissimis testimonijs, & alijs prioribus ipsius dictatis, Epistolis, Confessionibus & Rationibus, ab errore, quo tum implicatus fuit, & quem etiamnum pertinacissimè profiteretur, in viam reducerent, frustra laterem lauantes, & Aethyopem dealbantes.

Nec etiam iudicamus, necessariam esse prolixiorē repetitionem, Quomodò Strigelius post aliquot septimanas è Carcere Gothano dimissus, & ultra biennium Ienæ, sine tamen publico docendi munere, obstructus fuerit. Vbi interea temporis, eius Assesores & Amici osculatores, quorum tum non exiguus fuit numerus, sollicitè laborarunt, vt quamprimum hoc Idolum Ipsorum in pristinam aut etiam superiorem dignitatem restitueretur & eueheretur.

Hic conatus tandem ipsis ex animi sententia cessit, haud dubiè propter hominum peccata & ingratitude, Ita tamen, vt prius, aulico astu, & suscipionibus speciosè confectis, exautorari Synceros Theologos necessum fuerit. His amotis, Strigelius Vinarix, mens
se

se Maio Anni 62. solenniter receptus est, sine omni
publici Erroris agnitione, sine Publica eiusdem Con-
fessione & retractatione. Sicut ipse in quadam impres-
sa schedula gloriatur, restitutum se esse sine vulnere
conscientiæ & famæ.

Hic vidisses, bone Lector, Vinariæ, quo applau-
su, qua obseruantia, quàm honorifica reuerentia, cu-
iusmodi ingenuationibus, quibus titulis & alijs id
genus Aulicis, & amplissimis honorum Ceremo-
nijs, Amici cateruatim Ipsi congratulati sint hanc Re-
stitutionem. Nouæ hinc illi deferuntur dignitates, pro-
mittuntur larga honoraria, ceu præmia, & digna per-
pessi carceris leuamina, augentur stipendia, institu-
untur symposia, parantur conuiuia, quibus suam illi
declarent Amici pro gloriosa liberatione gratulatio-
nem, triumphos, iubila & ouationes. Hic vidisses, ip-
sos certare inuicem sumptibus & magnificis laudibus,
modò liberaliter & rectè tractetur hic Ipsorum De-
us. Iurasses, Mercurium quendam cœlitus delapsum,
Ita hinc inde ab Amicorum comitatu honorificentis-
simè circumducitur, obseruatur & colitur hoc am-
plum, obœsum & grande Idololum. Vera hæc sunt, &
eius loci incolis non ignota.

Pauci elabuntur dies, Ecce, MANDATA ab
Aula singulis Superintendentibus perferuntur, ne
quis Pastorum pro concione publica porrò Victoris
num proclamet Hæreticum, aut vllius Erroris spar-
sorem, sed honorificam eius faciat mentionem. Ita
enim ipsum nuper voce & Scripto suam proposuisse
& declarasse sententiam, vt meritò pro sincero Do-
ctor habendus, suspiciendus, & in Catalogum Or-
thodoxorum cum laude referendus videatur. Idq̃

C

prope

I.
Probationes
sex, Victorini
Declarationē
fuisse nostræ
Eiectionis cau-
sam.

propediem in futura Visitatione publicè omnibus no-
tum fore, & euidenter demonstratum iri, significa-
batur. Pleriq; nostrum non sine stupore admiraba-
mur, vnde isthæc tam subito noua Religio in homi-
nem incessisset, aut qua Enthusiastica illuminatione
corruptus Strigelius, nunc probari posset syncerus,
quem antea semper noueramus, Synergismum mor-
dacissimè professum & ei publicè patrocinarum.

2.

Inchoatur non ita longe post, 10. scilicet Iulij eius-
dem Anni, Ienæ VISITATIO, vbi Cancellarius
Bruck, graui præmissa præfatione, huius instituti Vni-
cam & principalem, ex mandato Illustrissimi Princi-
pis, producit Causam, vt videlicet nobis proponatur
Declaratio Victorini, nostra Subscriptione compro-
banda. Idq; postea etiam alijs in locis & à cæteris
Declamatoribus principaliter vniuersis & singulis
Pastoribus propositum fuit. Nec aliud in hoc toto
Visitationis cursu à Stoffelio, à Doctore Maximilia-
no, & alijs Assessoribus agitatum est, quam vt De-
claratio Victorini nobis vnice commendaretur, tanq;
fidei Analoga, Catholica & Orthodoxa, congruens
cum verbo Dei, Augustana Confessione, & alijs no-
strarum Ecclesiarum authenticis Scriptis. Permittere
batur quidem nobis, vt eam perlegeremus, & Stof-
selium de ea suauiter garrantem, nugantem & pul-
chrè glossantem audiremus: At, vt illam vel mode-
stissimè reprehenderemus & repudiaremus, quan-
tumvis Verbo DEI essemus instructissimi, hoc ager-
rimè & stomachosè tulerunt isti Areopagitæ: Subin-
de vel suum $\alpha\upsilon\tau\omicron\sigma\ \epsilon\phi\alpha$, Sic volo, sic iubeo, reboantes,
Vel. diris conuictorum fulminibus nos obruentes,
vell

vel deniq; Exilium, Carceres, Deportationes & alia
incommoda interminantes. Idq; verum esse, testabun-
tur nobiscum reliqui Pastores, adhuc in Thuringiæ
& Ducatus Saxonici Ecclesijs superstites.

Tertiò, nunquam inficiabitur Stoffelius, se mul-
tis Pastoribus sua manu præscripsisse FORMU-
LAM, quo pacto ab ipsis cuperet subscriptione
confirmari Victorini Declarationem. Additis pro-
missis, si ipsi ea in re essent obsecundaturi, non so-
lum retenturos eos suas Conditiones, sed receptu-
ros etiam posthac multo ampliores, Quod multis
ita successisse non ignoramus: Damnantibus verò
expressè vel ipsam Declarationem, vel repudian-
tibus eiusdem subscriptionis Formulam, hoc est,
bellas tuas Glossas, & Flexiloquas Superdeclara-
tiunculas, nonne Stoffeli, præsentem ijs calamita-
tem, & repentinam Eiectionem non solum furiosè
comminatus es, sed strenuè etiam iuivisti & promo-
uivisti? Sicut nos omnes, nostro præsentem ab Eccle-
sijs Thuringicis Exilio, hodie eius Te publicè accus-
samus: Quos neq; de Doctrinæ depravatione, neq;
de Vitæ flagitijs, aut alio scelere, huiusmodi ex-
portatione & pœna dignos, vnquam vel accusasti,
nedum conuicisti. Quo igitur ore audes negare,
Ventilator impudentissime, te neminem voluisse ius-
rare in voces Declarationis, & Tuæ Superdecla-
rationis?

Quartò, supersunt adhuc apud Senatores Ciuita-
tum, & Diaconos (vt scriptura eos vocat) Ecclesia-
rum, MANDATA, & apud nos eorundem exemplaria,
quibus

quibus partim à te, Stoffeli, & tuis Assessoribus, partim ex Aula seuerè præcipitur, vt Pastores, opponentes se monstrosæ Sphingi Declarationis Strigelianæ, nequaquã apud se ferant, sed explosis ipsis, in eorundem locum illico substituunt alios, Quos & Tu, & Tuo consilio Aula, nominastis, & Inuitis Ecclesijs peruicaciter obtrusistis. Nec est, Quod recudamus iam eorundem Mandatorum ipsa Exemplaria, cum in Compendiosa Historiola nostra, antea edita, expressè quædam Lectori proposuerimus. Hæcquæ denuo manifestè produnt tuam impudentiam, homine Theologo indignissimam.

5.

Quintò, nec desunt nobis Exemplaria MANDATORVM, quibus Senatores in Ciuitatibus, ex Aula iubentur, Coburgum ducere vincetos, qui perrexerint publicè damnare Victorini Declarationem, aut eiusdem Glossas & alias impietates tum perpetratas.

Hæcquæ non contemnenda causa fuit, cur ego Bartholomæus Rosinus, eo tempore Pastor Ecclesiæ Vinariensis, posteaquæ essem ab inspectionis munere, in tempus suasu Amicorum, Vinaria secesserim, cura Ecclesiæ meis Compresbyteris seu Collegis interea rectè commendata. Et quia à Maleuolis impiæ Fugæ & desertionis propterea arguor, & arrodor, beneuolas aures dabit mihi Lector, vt de eame hic purgem plenius. Cuius rei commemoratione si probauero tibi, Pie Lector, mei instituti rectitudinem, est quod gratuler mihi, nihil Aduersariorum Calumnias moratus, quibus nemo vnquæ satisfecerit: Sin minus piè & prudenter fecisse me putabis, age, deprecor culpam à Te, à tota Ecclesia, & Ipso Deo,
Et

Et oro, vt pro me apud Deum piè propterea tuis vocis
intercedas.

Cum in publica mea & continua aliquot dierum
actione cum Visitatoribus, præfente ferè tota Aula
& Senatu, non possem (verbo scilicet D E I, &
propriæ conscientiaë testimonio confirmatus) vel Vi-
sitorum minis, vel suadelis, vel alijs plausibilibus
molitionibus, impelli ad subscriptionem Strigelianæ
Declarationis, & approbationem eiusdem Superde-
clarationis, Nec etiam Aduersarij me possent, sine
scandalo, ab vtroq; officio & Pastoris & Inspectoris,
totum subito amouere: vt aliquam tamen maculam
mihi iniquè inurerent, altera muneris parte publicè
me priuant, non negligentiaë culpam, aut aliud deli-
ctum, Sed ne vtriusq; muneris administrandi difficul-
tate totus labefactarer, speciosè præse ferentes. Testa-
buntur autem non solum Auditores & Pastores mei
ac cæteri, quibus opera mea istic tum profuit, sed etia-
am ipsi Illustrissimi Principes, & omnes Aulici, toto
eo triennio, quo sustinui & Pastoris & Inspectoris ex
legitima vocatione curam, fidelem me, Dei benefi-
cio, fuisse in vtraq; functione Operarium.

Duxi igitur nequaq; hanc Renunciationem, seu
diuulsionem à munere Superintendentiaë, vel vnica
saltem Concione, vel mea mansione, vel alterius tan-
tum muneris administratione, esse comprobendam.
Idq; sequentibus de causis. Ne videlicet comproba-
tione huius diuulsionis falsum darem testimonium:
Ne & huic impietati & alijs atrocioribus peccatis &
scandalis, tum temporis & à Visitatoribus & Aula
commisis, impiè communicarem: Ne temerè de-
seruisse Pastores mihi commendatos, & voraci Lupo
sceleris

sceleratè obiectis arguerer: Ne hac cessione acrius
prouocarem & promouerem furorem persequen-
tium: Ne ad defectionem alios, qui hactenus meo
exemplo imperterritè & piè mecum in vera Confes-
sione perstiterant, impellerem: Ne me ipsum hoc
assensu depositionis & cessione, apud ceteros redde-
rem infamem, ac si eam mea culpa commeruissem:
Ne sciens vulnerarem conscientiam meam: Ne Pas-
tor essem gregis commissi sine pedo Pastoralis, Siqui-
dem inermis vnà cum Ouis Lupo fuisset hac ra-
tione præda, lacerandus vel à Synergista, vel alio
manifesto Sacrilego, cui mihi fuisset turpiter obedi-
endum: Ne inconsultis & inuitis reliquis duobus Il-
lustrissimis Ducibus Saxonix, à quibus simul & Vo-
cationem hanc & Confirmationem in initio acceperam,
hanc alterius muneris Renunciationem comproba-
rem, maximè cum alter Ipsorum mihi ex mandato
seriò præcepisset, vt suum hac in re, si opus foret, im-
plorarem & consilium & auxilium: Deniq; ne De-
um aliqua specie defectionis offenderem, aut temeri-
tate aliqua tentarem. Notum enim est eius Loci Se-
natui ex Aulico mandato, alia ratione mihi non fuis-
se Pastoris officium relictum, quam vt pro concione
publicè Declarationem Victorini & eius Glossas pro-
barem, & in arguendis commissis peccatis planè mu-
tus essem, Addita graui Comminatione, quam pri-
mum vel vno verbo publicè id facerem (quod tamen
non intermittere me posse aut velle, palam antea cor-
ram omnibus intrepidè aliquoties asseueràram) vt ex
Senatoribus Duo descendente me ex suggestu è
vestigio inde rectà Coburgum ducerent.

Hic suadebant Amici, ne ea mansione, me in te-
merarium

merarium & praesens periculum vel Carceris vel
aresti ipse praecipitarem, vbi nec Ecclesiae, nec meis
Pastoribus, nec meo corpori, a diuturna aegritudine
tum adhuc fracto & afflicto, nec familiae prodesse pos-
sem: Imò, ne Senatum ipsum, hoc meo tristi statu con-
sternatissimum, implicarem multiplicibus peccatis
& discriminibus, siue isti Mandato Principis impiè
satisfacerent, siue piè reluctarentur. Mouebat ipse,
etiam alijs non leuibus rationibus, cur consilium dis-
cessus arbitrarer morae & mansioni praefendum,
quod non discederem ea προαιρέσει & animo, vt pro-
sus desererem Oues & Pastores mihi commissos, vel
vt propriam alibi quaererem Vtilitatem, vel vt Con-
fessionem, vtiq; publicè toties reiteratam, detrecta-
rem, vel Ecclesiam perfidè Lupis obijcerem, cum in-
terea Collegis meis, duobus Fidelissimis commin-
istris, mea opera esset vtiliter locata, nec vel mea vel
ipsoꝝ culpa quisq; ex Quibus aliquid detrimenti
ceperit: Sed vt interuallo paucorum dierum, hic sta-
tus meae amotionis eò liberius & plenius ad reliquos
quoq; Principes referretur, & de integra Restitutio-
ne mei tutius foris q̄ domi ageretur.

Deniq; omninò confirmabant me Christi Man-
data & egregia Exempla multorum p̄icorum, qui in
simili casu (vbi per suam non violatur gloria Dei,
non intermittitur Confessio, non quaeritur Eccle-
siae desertio, sed potius conseruatio & libertas inte-
gri Ministerij, nec proximo nocetur) discessum
longè antetulerunt mansioni. Sic enim mandat
CHRISTVS, Matthaei decimo capite: Qui-
cunq; non receperit vos, neq; audierit Sermones
vestros,

vestros, exeuntes de Domo vel Ciuitate illa, excutite
 puluerem de pedibus vestris. Et paulo post: Si vos
 persecuti fuerint in hac Ciuitate, fugite in aliam. Sic
 iacob pie fugit à fratre Esau in Mesopotamiam: Mo-
 ses à Pharaone ad Midianitas: David à Saule in Des-
 sertum & alia Exilia: Helias ab Achab & Isebel in
 Eremum & spelæa ferarum: Sic Ioseph cum Iesu In-
 fante & matre eius in Aegyptum, Inde rursus in Na-
 zareth, metu Tyranni Archelai: Sic Christus ipse post
 Lazari resuscitationem è iudæa secedit in Desertum:
 Item tollentibus iudæis lapides, abscondit se, exiens è
 Templo: Sic Petrus ob metum iudæorum in latebris
 se continuit: Sic Paulus per Damasci Mœnia in spor-
 ta demissus elabatur: Sic Ebreo: II. Multi sancti in so-
 litudinibus errarunt, in montibus, in speluncis & ter-
 ræ Cauernis: Quoties D. Athanasius fugam suscipere
 præstabilius duxit, quàm vel tentare Deum, vel accer-
 fere sibi vitæ discrimen & impedimentum Confessio-
 nis? Addo etiam Lutheri Exemplum, Consilio Ami-
 corum, aliquoties fugientis rabiem Aduersariorum,
 vt sua Confessione & opera cæteris magis publicè
 prodesset. Quibus omnibus, piè quidem fugientibus,
 Deus præsto fuit.

Ac aduersarios, hac spoliatione Inspectionis, non
 Ecclesiæ, aut meam, aut Collegarum salutem, sed
 præsentem mutationem, & meam ac Comministro-
 rum Eiectionem quæsiuisse, odio repudiata Subscri-
 ptionis, & intrepidæ Confessionis, testantur non so-
 lum omnes Actiones, quæ postea foris mecum, & do-
 mi cum Collegis habitæ sunt: Sed etiam Ipse euentus.
 Quia paulo post Ecclesia non solum Restitutionem
 mei nequiuit obtinere, sed inuitò etiam me & Sy-
 nergos

nergos vno die dimittere, & alios vocare seuerè iussa
fuit.

Habes, Lector, Quintam rationem, & breuem de
Euga Rosini Apologiam, quòd scilicet propter solius
Declarationis Strigelianæ damnationem, & Subscri-
ptionis repudiationem, deserere nos Thuringicas Ec-
clesias Aduersarij coëgerint.

Neue quis falsi & conficti nos suspiciosè insimula-
let, eidem hic exhibemus simul Exemplar Mandati,
cuius in hac quinta Ratione initio mentionem feci-
mus, producturi & alia, si ita aliquandò necessum
fuerit.

Von Gottes gnaden Johans Friede- rich der Mittler/ Hertzog zu Sachsen etc.

Lieben Getrewen/ Es ist fur vns/ vnd die Doch-
geborne Fürsten/ Herrn Johans Wilhelmen/ vnd
Johans Friederichen den Jüngern/ Hertzogen zu
Sachsen etc. vnser freundliche liebe Brüdere vnd
Gefatteren/ Auch aus bewegenden vnd erhebli-
chen Ursachen/ vnser begeren/ Ihr wollet förder-
lich/ vnd als bald/ ewren Pfarrer fur Euch erfor-
dern / vnd ihme vermelden vnd anzeigen / Das er
sich seines Ampts / mit reiner Lere / auch eingezo-
genem wandel vnd wesen / hinförder getrewes
vleisses haltē / Doch vnserer bewilligten/ auch vor
Christlich/ als Gottes Wort/ der Augspurgischen
Confession / Apologia / Smalkaldischen Artickeln /
vnd vnser hieuor ansgegangenen Confuta-
tion/ gantz gemes vnd gleichförmigen/ vom Freis-
D en wil-

en willen / erkanten / bekanten vnd angenommenen
Declaration. Sintemal etzliche derselbigen Pfar-
rer sie nicht verstanden / viel weniger widerlegen
können / Desgleichen auch die vnlängst gehal-
tene Visitation / vnd darauff von vns erfolgete
Befehl vnd verschaffung/zusampt aller vnd jeder
hierzü Geistliche vnd Politische gebrauchte Be-
fehlhabere vnd Dienere / in keinem vnguten / auff
der Cantzel / noch auch sonsten / oder Schrifts-
lich anrüre / gedencke / thadele / oder beschwere /
Sondern bey dem Catechismo Lutheri / vnd ein-
feltigen Lere / der Augspurgischen Confession /
Apo'ogien / Schmalkaldischen Artickeln / vnd
vnsrer Confutation bleibe / Mit dieser verwar-
nung / Da es von einem oder mehr nicht gesche-
he / Das der oder dieselbigen / der Enturlaubun-
ge vnd entsetzunge / von vns zugewarten haben
sollen.

Desgleichen bey ewren Eidespflichten / bey
ewrem Pfarrer hierauff vleissige achtunge zu ge-
ben / vnd da ihr bey ihme das gegenspiel / vnd das
er sich dieser vnser vorschaffung nicht hielte / be-
fündet / Darauff ihr denn / so bald ihr es von ime /
oder andern vernemen werdet / die vorordnung
thun sollet / Das sich derselbe vngehorsame Pfar-
rer / sampt zweien / aus ewrem mittel / welche die
Widersetzigkeit von ihme gehort / förderlich / vnd
als bald gegen Coburgt verfügen / sich bey vn-
serm Cantzlern vnd Rethen daselbest angeben /
vnd ferner vnser Bescheits gewarten / Daran-
geschicht vnser / vnd vnser lieben Brüdere ernste
vnd

vnd gantzliche meinung. Datum N. im Monat
N. Anno M.D. lxxij.

Unsern lieben Getreuen dem Rath
zu N.

Postremò , possemus idem demonstrare etiam
vberius , ex Visitatorum ad Victorinum literis , &
Huius responso , nisi antea hæc eadem essent ex pu-
blicis Typis Lectori cognita. Ac quid opus est, cui-
dentioribus hoc euincere testimonijs , cum in Apo-
logia sua Stosselius ipse fateatur , se ex officio Sophis-
ticis deprauationibus propositæ Declarationis re-
stitisse. Hic sane nequiquam negas , Stosseli , nobis à
Te & tuis Assessoribus propositam esse Declaratio-
nem. Nullius nos factiosi consilij , aut alterius sce-
leratæ molitionis tum accusasti. De recipienda so-
lum Declaratione & osculandis tuis Glossis , nobis
cum certasti. Has vt nobis , Præstigiator venustis-
sime , obtruderis , omnem tuam eloquentiam & stu-
dium posuisti, hinc omnes artes, dolos, fucos, veneres,
πιδανολογίας, suadelas, suauia, σπερμολογίας & κινείας
adhibuisti. Nec quidem in eo mentiris , Stosseli,
quod fateris , Te nobis restitisse. Quotusquisq; enim
nostrum est , qui non cum summo dolore , Tua pro-
pterea iurgia , probra , crimina , sarcasmos , sannas,
sales, diras, furias, rabiem, fulmina & tonitrua sense-
rit. Omnes tui calami, consilia, oculi, labia, gestus &
actiones ad id erant destinatæ & paratæ , vt nobis,
Vipera virulentissima , hostiliter resisteres & extre-
mè noceres. An verò ex officio restiteris, id experie-
ris aliquando, vbi Impœnitentem Te vindicta diuina
D 2 obruerit

6.

obruerit, Siq̄cum Doëgo dignas perfidia & crudeli-
tate pœnas solueris. Quæ tibi ex verbo Dei obieci-
mus, calumniaris iam esse Sophisticas deprauationes,
ò impurum os, & blasphemias voces. Vtra pars So-
phisticè Declarationem magis deprauarit, Tu ne, an
nos, explicabitur Lectori, proximè sequētibus Ratio-
nibus. Non enim est hic locus, de his tecum verbo-
sius commutandi.

Satis nobis iam fuerit, si propositis hæctenus ali-
quot argumentis, apud Lectorem hoc vnum obti-
nerimus, Eiectionis nostræ Causam Vnicam fuisse,
non factiosa consilia, non alias sceleratas molitiones,
quarum nos falso alligat Stoffelius: Sed quòd Decla-
rationem Strigelij & eiusdem Glossas Subscriptione
nostra comprobare nolimus. Hoc idem & antea
tibi expediuimus, Stoffeli, vberrimè & disertè. Hoc
ipsum conueniebat te iam impugnare, & contrarium
expressè docere. Tuum nunc erat, in Apologia tua
apertum & planum facere, oculisq̄ Lectoris subijce-
re, cuiusmodi factiosis consilijs & molitionibus, Exia-
lij pœnam nobis accersiuisset.

Gloriatus quidem es publicè, & multis spem fe-
cisti hæctenus, propediem te diuersum contra nos ma-
nifestaturum. Et qui sputum tuum istic lingunt, ac te
quasi Creatorem suorum honorum & amplitudinis
adorant, ampullis gloriationum tuarum inflati & suf-
fulti, sine omni fronte idem iam dudum aduersos nos
in alios peruicacissimè euouerunt. Hoc ipsum, Stof-
seli, iam in Apologia tua, debebas omnium maximè
contra nos præstare, Ita & nostræ interpida expecta-
tioni, & Tuæ & tuorum Complicum fastuosæ glo-
riationi

relationi satisfacisses, maximè cum integri biennij spaci-
um de hac re cogitandi, tibi interea sumpseris.

Verum, vt antea Te, omnem metum Iudicij di-
uini, & ciuilem etiam pudorem deposuisse multiplici-
ter depræhendimus: Ita etiam nunc videmus te in
διαβολία tua neutiq; erubescere, vt fortiter omnia ne-
ges, quorum te Publica lux conuincit reum, & alia
fingas, quæ pari difficultate & quidem nunq; proba-
bis aut explanabis. Frustrà igitur à te hoc & iam po-
stulamus, & in posterum expectamus.

Possemus tibi hîc, Stoffeli, cornua egregiè scalpe-
re, nisi nos pius Pudor iuberet, casto Lectoris Iudicio
potius hæc subiicere, quam tuo impio exemplo, im-
portunæ & nefandæ conuitiandi petulantia improbè
indulgere.

Ita hæctenus accepisti Lector, quæ nos moue-
rint, hoc Scriptum opponere Apologia Stoffelij, Et
quibus Rationibus probauerimus, Amotionis seu
Exilij nostri, causam fuisse, Declarationis Strigelia-
næ damnationem, & eiusdem Stoffelianæ Superde-
clarationis rupudiationem, Nec factiosa vlla consilia,
molitiones, aut alias impietates, quarum nos Stosse-
lius iniustæ & impudenter in sua *σπερμολογία* astrin-
git.

Superest nunc, vt in hac Prima parte, breuiter
etiam repetamus, Cur tam ipsa Declaratio Victorini,
q; eius Superdeclaratio seu Glossæ nobis nequaq;
fuerint recipiendæ, aut nostra Subscriptionem compro-
bandæ: Sed potius ferendum nobis cum Familijs no-
stris triste & ærumnosum Exilium.

Multi, quibus vel tota hæc res non satis cognita,
vel veritatis Confessio, conseruatio & propagatio

non admodum cordi est, futiliter blaterant, nos nulla cogente necessitate nobis ultro & temeraria quadam petulantia accersuisse Exilium. Nec obscure nos insimulant desertionis Ecclesiarum, quibus in hoc Ducatu ex vocatione seruebamur. Verum hi de nobis hoc sibi certo persuadeant, nos non esse tam proteruos & infideles verbi diuini Ministros, ut Oves nostrae curae commissas vel Mercenarijs pasceudas & furibus deglubendas, vel etiam Lupis & Latronibus lacerandas & deglutiendas, nostra Sponte, temere & libenter reliquerimus: Nec etiam nos tam leues, crudeles & ἀσέγγυστον esse, ut Ipsi nobis & familijs nostris, Exilia ærumnis plenissima, malitiose delegerimus.

Nihil tam in votis nobis erat, quam ut in nidulis nostris maneremus, & Vocationis officijs pie fungeremur, Si modo per eos nobis id fuisset integrum, qui nos inuitos, ob solam Veritatis Confessionem, inde virulenter & hostiliter excusserunt.

Detestanda Strigelij Declaratio, sicut modo demonstrauimus, Caput huius turbæ & mali nostri fuit: Hanc quominus comprobaremus, retrahebant Causæ grauissimæ & quidem plurimæ, quarum pauca hinc recitabimus, Lectorem ad compendiosam nostram Historiam antè germanicè editam, vbi pleraque plenius narrantur, remittentes.

Quia verò μᾶλλον illud ἐπίδοσιν latinè nondum euulgatam est, arbitramur operæ precium esse, ut Lectori

tori legendum & iudicandum hoc in loco exhibea-
tur.

DECLARATIO CON- FESSIONIS VICTORINI.

In Doctrina de libero Arbitrio duo capita præcipuè consideranda
sunt, quorum alterum est Efficacia: alterum Modus agendi, seu Aptitu-
do, seu Capacitas.

Quòd igitur ad $\delta\nu\nu\alpha\mu\nu$ seu vim seu efficaciam attinet, qua
& cogitamus & uolumus & perficimus DEO grata & nostræ ani-
mæ salutaria, non est dubium, eam in lapsu primorum Parentum pro-
fus amissam esse, & huic contrariam $\alpha\delta\delta\nu\alpha\mu\nu$ seu impotentiam pro-
pagari in omnes Homines, qui ex immundo semine nascuntur, iuxta
hæc dicta: Animalis Homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus DEI:
Sensus carnis inimicitia est aduersus Deum. Legi enim DEI non sub-
ditur nec subijci potest: Non sumus idonei ad cogitandum ex nobis ipsis:
Item, Sine me nihil potestis facere &c. Ac si quis hanc impotentiam
mentis, uoluntatis & cordis aut omninò negat, aut uerbis extenuat, is
non rectè sentit de peccato originis, quod est non solum defectus ueræ
sapientiæ in mente, & carentia iusticiæ & sanctitatis in uoluntate &
corde: Sed etiam praua inclinatio, quæ parit dubitationes de DEO
rebusq; diuinis, & contumaciam affectuum temerè ruentium contra Le-
gem DEI.

N. B.

Restituitur autem Efficacia, de qua dixi, non humanis uiribus,
nec ullius Creaturæ robore, Sed à DEO per Filium Mediatorem, &
per Spiritum Sanctum. Ut hæc dicta clarè affirmant: Nemo po-
test sibi sumere quidquam, nisi sit ei datum desuper: Nemo uenit
ad me, nisi Pater eum traxerit: DEVS est, qui dat uelle & perficere:
Per patientiam curramus in proposito nobis certamine, re-
fficientes ad fidei Ducem & Consummatorem IHESVM: Non
nos estis, qui loquimini, Sed Spiritus Patris uestri loquitur in uobis.

Ex

N. B.

Ex his & similibus dictis perspicuum est, efficaciam, seu uim, seu potentiam, qua Deo placencia & nobis salutaria aut cogitamus, aut uolumus, aut perficimus, non esse positam in nostris uiribus, quæ post lapsum reliquæ sunt, Sed esse donum & opus Dei renouantis suam imaginem in ijs, qui propter filium in gratiam recepti, fiunt templa & domus Spiritus sancti.

Quod uerò ad alterum caput attinet, siue Modus agendi, siue Aptitudo, siue Capacitas appelletur, certissimum est, hominem differre ab omnibus Creaturis, quæ nec mente, nec uoluntate præditæ sunt. Nam truncus nequaquam conditus est, ut sit capax uerbi & Sacramentorum, per quæ Deus est efficax in Ecclesia. Homines uerò sunt capaces uocationis diuinæ, & per a Spiritum Sanctum non solum b assentiuntur uerbo Dei, sed etiam custodiunt hoc præclarum depositum & magni præcij thesaurum.

a
f. mouentem
& excitantem

b
Non essent
untur per
Spiritum S.
sed fiunt as
sentientes in
ipsa applica
tione cõuer
sionis per
Spiritum S.

De hac aptitudine & capacitate extat insignis uersiculus Nazianzeni: DEVS me capax boni posuit, & robur præbet. Et Bernhardus disertè inquit: Deus est autor Salutis, Liberum arbitrium tantum capax, nec dare illam nisi Deus, nec capere ualet nisi Liberum arbitrium: Quod ergò a solo Deo & soli datur Libero arbitrio, tam absq; consensu esse non potest accipientis, quam absq; gratia dantis. Item: Tolle Liberum arbitrium nõ erit quod saluetur, tolle Gratiam non erit unde saluetur.

Quomodo
qualitates
& actiones
substantiæ
ipsa substan
tia esse pos
sunt? Sicci
ne uos con
tra Dialecti
cam confun
dere prædi
camenta?

Nota
Non subscri
bit comme

Etsi autem appellatio Liberi Arbitrij multis inuisa est: tamen in his dictis Bernardi nihil aliud significat quam substantiam mentis & uoluntatis, cui si non restituatur a Spiritu Sancto δὲν ἄρισθ credendi, quam Scriptura amissam esse pronunciat, nec uerbo nec Sacramentis mens aut uoluntas aut cor mouetur.

Quamobrem si in humano Arbitrio post lapsum consideraueris uim agendi, non est nisi seruum aut captiuum Satanae: Si autem in eo consideraueris Aptitudinem, non est Saxum aut Truncus, sed est in hoc Diuinitus conditum, ut sit capax coelestium donorum Spiritus Sancti.

SUBSCRIPTIO.

Ego Victorinus Strigelius hac Subscriptionem testificor, congruere hanc commemorationem cum ijs, quæ & priuatim & coram nobilibus & clarissimis uiris Dominis Consiliarijs Illustris: Principis Domini Ioannis

nis

nis Friderici secundi Ducis Saxonie, & Theologis ex sua prouincia delectis, & inter duos Theologos Vuirtembergicos & me acta sunt mense Maio, Anno 1562. Et in Declaratione huic Scripto inserta pie ac constanter acquiesco.

Nos D. Maximilianus Mörlin, M. Ioannes Stöffelius, Andreas Misenus, M. Ioannes Hocknerus, & Ioachimus Stigelius Gotbanus testamur, Hanc Declarationem in publico Consiliariorum ac Theologorum consensu ita recitatam esse, quam iudicamus congruere cum uerbo Dei, Augustana Confessione, & Illustrissimorum nostrorum Principum Confutationibus. Nos Illustriss: Principis ac Domini, Domini Christophori Ducis Vuirtembergensis subscripti Theologi testamur, hanc Declarationem in publico Consiliariorum & Theologorum consensu ita recitatam esse, quam iudicamus congruere cum uerbo Dei, cum Augustana Confessione, cum Smalcaldicis Articulis & Illustrissimorum Ducum Saxonie Confutationibus, ac Illustriss: Ducis Vuirtembergensis Confessione & Apologia edita.

Hic Infernalis Cerberus & Strix Stygia est, à cuius mœsto allatratu quid nos deterruerit, expediemus paucis.

Multifariam hæc Ipsa Declaratio pugnat cum uerbo Dei. Nam primò fœdum Cothurnum esse, non eget amplius proluxa demonstratione. Cum iam Stöffelius Ipse in maledica Inuectiua sua ingenuè fateatur, Declarationem hanc habere flexiloquas & captiosas Formulas, quæ pariāt λογομαχίασ, & præbeant Materialiam erroris & dissensionis. Tales formulæ nequaquam in Ecclesia recipiendæ & ferendæ sunt: Præsertim in Controuersis, ubi nobis cum Pseudodoctoribus res est. Iuxta illud Christi Matth. 5. Sermo vester sit, Est, est, non, non, Hoc est, vester Sermo debet esse verus, certus, firmus, perspicuus & simplex, sine omni ambiguitate, inuolucris & perplexitate, vt ex eo certa sententia sumi queat. Viderit igitur Stöffelius, qua con-

E

scientia

morationi totius Actionis: Sed tantum fatetur sic esse actū: In sua uerò Declaratione, commemorationi Actorum inserta, acquiescit.

I.

Cur uerba Declarationis Strigelianæ non fuerint nobis recipienda.

scientia Formulam, quam ipse affirmat fœdum esse
Cothurnum, approbauerit, Alijs, vt ei subscriberent,
persuaserit, Et nos, qui subscribere renuimus, crude-
liter persecutus sit.

2. Secundò, peccatum Originis, quod nunq̃ satis
exaggerari potest, nimium extenuat: dum illud vocat
impotentiam & defectum, nulla prorsus exclusiua
addita: Item prauam Inclinationem, quæ pariat dubi-
tationes de Deo, rebusq̃ diuinis, Et, contumaciam af-
fectuum temerè ruentium cōtra Legem Dei: Dumq̃
omittit mentionem verorum malorum positiuorum,
vt sunt horribiles tenebræ, cæcitas, odium & Inimic-
itia aduersus DEVM: vt scilicet stent Authoris
παράδοξα de non corrupta substantia Voluntatis &
Cordis Humani, Et quod malum Originis sit tantum
priuatio bonarum Virium, non autem Malum posi-
tiuum &c. Contra Dei verbum, quod docet nequa-
q̃ Naturalia post lapsum, ablata Originali iusticia,
mansisse integra, Sed per peccatum, quod reuera
nunc est de essentia vel substantia Hominis, horribi-
liter & non dicendis modis corruptam ac depraua-
tam esse totam naturam, seu essentiam animæ & cor-
poris, non tantum accidentia, Ita quidem, vt peccatum
non hereat in hominis anima & corpore accidentaliter,
vt ita dicamus, sicut lutum in auro, vel succus allij
in magnete, (quod Synergistæ volunt) Sed quod
nascamur ex immundo semine, & contrahamus ex
ipsa natura seminis ignorantiam DEI, auersam &
aduersam Voluntatem, & Cor prauum, iuxta illud:
Natura sumus filij iræ, Item, Reperio in carne mea
bonum.

bonum. Et, Malum mihi adiacet. Hæc enim sic in
carnem nostram sunt implantata, Hoc venenum sic
latè per carnem, corpus, animam, nervos, sangui-
nem, per ossa & medullas ipsas in voluntate, in intell-
lectu, in ratione diffusum est, vt non solum exi-
mi plenè non possit, sed ne quidem agnoscatur pecc-
atum esse.

Tertiò, In fine prioris partis tribuit homini ad-
huc Vires post Lapsum reliquas, vt scilicet stet, Spi-
ritum Sanctum tantum esse inchoatorem, excitato-
rem & opitulatorem, & non **FACTOREM**,
seu (vt ita dicamus) **Fac totum**, contra Dictum Chri-
sti Ioannis sexto: Spiritus viuificat, Caro non pro-
dest quidquàm.

Quartò, Affirmat multis, Liberum Arbitri-
um hominis habere Modum Agendi, seu Capaci-
tatem, seu Aptitudinem, & disertè loquitur de
Spiritualibus. Dicit enim, Liberum Arbitrium
esse capax **SALVTIS** & cœlestium donorum
Spiritus Sancti, & valere capere Salutem, Con-
tra totam Scripturam & nostra autentica Scripta,
quæ affirmant, Carnem nihil quidquàm prodesse,
Ioannis capite sexto. **CHRISTI** verbum non
capere in nobis Ioannis capite octauo. Nec **CHRIS-
TI** Discipulos renatos posse **CHRISTI**
verba capere sine singulari Spiritus Sancti do-
no & operatione, Ioannis capite decimo sexto:
Animalem hominem non capere, quæ sunt Spiritus

E 2

1. Cor:

1. Cor. 2. Nos non esse idoneos ex nobis ipsis cogitare
quidquid, tanquam ex nobis ipsis, 2. Cor. 3. Impij cor non
minus esse surdum & incapax atque vllus paruulus est
Luth. Tom: 2. fol. 289. Omnem hominem ex Adam
natum praeter carnalia nihil capere, sapere, intelligere
ac posse, Bren: in Exeges: Ioannis ca. 3. Neminem esse
idoneum ad audiendum vtiliter Evangelium & ca-
piendum opulentiam Christi, nisi per legem egenum
& vacuum vasculum factus sit. Liber Confutatio-
num, fol. 12.

Cum igitur Declaratio tam varijs modis pugnet
cum Verbo Dei, sicuti haec & à nobis & alijs copio-
sissime haecenus sunt explicata, nequaquam potuimus
eam citra triste conscientiae vulnus, & aeterna salutis
iacturam comprobare: Quantumuis vulgus Pasto-
rum impudenter nobis obijciat, in scirpo nodum nos
quaesivisse, & de rebus leuiculis non necessarium &
luctuosum nos certamen mouisse.

Haec cum ex verbo Dei opponeremus Stoffelio,
nec ignoraret Veterator, se θεομαχίαν, si nostra
reijceret, Ideoque recipiebat sese ad glossemata, quibus
mirè palliabat impiam hanc Formulam. Atque hic vi-
deamus prodigiosam hominis vertiginem. Non enim
vnam, sed varias & quidem partim inter se pugnan-
tes vnus Vocis ex vno ore semel prolatae significatio-
nes affingebat. Interdum interpretabatur Modum a-
gendi de motu locali, quod homo possit psychice audire &
aliquo modo considerare verbum Dei, vitare scelera
à Deo prohibita, & honestè regere mores & actiones
externas & rationi subiectas. Interdum significabat
ipsi Modus agendi medium à D E O ordinatum, per
quod regeneramur & efficiamur haeredes vitae aeter-
nae.

næ, nempe ministerium Verbi, & administrationem
Sacramentorum. Mox passiuè exponebat, quod scilicet
Homo verti posset ad bonum per Dei gratiam, & fie-
ri reuera liber, ad quod creatus est. Mox agendi Mo-
dus, erant spirituales motus in renatis. Modò ita in-
terpretabatur, ac si esset talis Capacitas & Aptitudo,
sicut tabula apta est ad recipiendam imaginem, quæ
in sculpiatur. Modò significabat Modus agendi præ-
rogatiuam hominis, quòd ille solus præ alijs visibili-
bus Creaturis per Dei liberam ordinationem & pa-
ternam benignitatem illuminatur & conuertitur. Ita
de Modo agendi sex comminiscerat significationes.

3.

4.

5.

6.

Quin etiam hoc diligenter obseruetur. Et si Stri-
gelio tres illæ voces, Modus agendi, Capacitas, &
Aptitudo synonyma sunt, sicut vocula (seu) probat,
& ipse etiam Strosselius in dictis Glossis illas voces
coniungebat: Tamen contra textum & autoris men-
tem interdum eas ita separabat, vt singulis peculia-
rem significationem attribueret.

Modus agendi erat, iam opus conuersionis, iam
dignitas & vis Ministerij: Mox opus audiendi ver-
bum Dei, mox externum medium, per quod Deus
operatur conuersionem.

Capacitas significabat ipsi modò psychicum au-
ditum verbi Dei, modò Capacitatem rerum Spiritu-
alium, sed purè passiuè.

Interdum coniungebat voces Capacitatis & A-
ptitudinis à Modo agendi separatas, vt essent syno-
nyma: nec tamen illis vnã significationẽ vindicabat.
Paulo igitur post accipiebat p prærogatiua hominis,
& externa pædagogia audiendi & aggregandi se ad
Ministerium. Mox ex improviso locum eis passiuè

E. 3:

capa

Capacitatis & Aptitudinis in spiritualibus adiudica-
bat.

Non facimus Stosselio iniuriam. Possumus has
ipsius Glossas demonstrare, si opus fuerit ex Visita-
torum literis & scriptis.

Quantum quid opus est illud probare, cum Stos-
selius ipse in sua Inuectiua magnam istarum Glossa-
rum partem proferat, & triumphans quasi re bene
gesta gloriatur, se eas ceu palmarium quoddam ad
raum usque nobis saepius inculcasse: & miserè flagel-
let fideles Christi Ministros Comitatus Mansfelden-
sis, quod de ipsius Modo agendi pronunciarint, antequam
ista pulcherrima Glossemata cognouerint,
scilicet.

At nos eidem vicissim ad raum usque tum in Visi-
tatione, tum in Summarien Bericht inculcauimus,
etiam Glossas vnà cum Declaratione grauissimis
de causis merito à nobis vt impias improbari ac re-
ñci. Illas rationes etiam nunc recitabimus, qua pote-
rimus perspicuitate, vt iudicet candidus Lector de
tam Achilleo Stosselii Argumento.

PRIMA RATIO.

*Cur Superdeclaratio, seu Glossæ Stosselij
nobis non fuerint recipi-
ende.*

Scapha scapha, malum malum, tenebræ tene-
bræ, amarum amarum est dicendum, Esa: 5. Oratio,
quæ id, quod per se malum, tenebræ, amarum &c.
est,

est, asserit esse bonum, lucem, dulce &c. quid aliud est ὅτι προφασίς aut operculum iniquitatis, ein rechter Schanddeckel / omnibus bonis & pñs abominanda & execranda. Declarabimus id ipsum crasso exemplo. Si quis de Stosselio diceret hæc verba: Stösselius fuit ab ineunte ætate & adhuc est Homo leuis. Vocato autem in ius causidicus aliquis ita patrocinaretur, D. Stosselius hisce verbis nequaquã vlla iniuria affectus, sed potius laudatus est. Nam meo clienti vox leuis idem significat, quod Facilis, vt sit summa, Stosselium esse Hominem officiosum & beneficum, qui leuiter permoueatur ad gratificandum alijs. Num putas Stosselium hac Glossa contentum fore? An non potius Patronum cum Reo Sycophantiæ & atrocis diffamationis, & quidem meritò accusaret? Ergò, cum Stosselij Glossemata asserant, Victorini verba, quæ iuxta propriam & genuinam significationem, imò etiam iuxta auctoris mentem Pelagianismum sapiunt, esse orthodoxa, verè sunt iniquitatis operculum, & ideo omnibus pñs explodenda. Væ igitur tibi Stosseli, qui glossando, malum bonum, tenebras lucem esse dicis. Væ etiam illis, qui adducti Stosselij glossematis impiam Formulam sua Subscriptione comprobauerunt. Lutherus p.m. clarè dicit, etiam ob eam causam damnandas esse commodas interpretationes, quòd non solum non corrigunt, sed etiam defendunt impiè dicta. Tomo Viteb. 2. fol. 530.

SECUNDA RATIO.

Non raro usu venit, vt vna & eadem vox
variè

variè vsurpatur à diuersis, imò etiam ab vno autore, in diuersis tamē locis, temporibus & de diuersis rebus differentibus. Sicut vox Spiritus etiam in Sacris literis significat modò ventum, modò animam, modò tertiam personam S. Trinitatis, modò Spirituales motus in Renatis &c. At vna vnus oris Vox aut oratio semel de vna re pronunciata, non nisi vnā significationem, sententiam & mentem habeto. Si verò oratio aut dictio aliqua de industria ita ponitur, aut effertur ab aliquo de vna re loquente, vt possit flecti in varias & diuersas sententias: Si etiam aliquis vnā vnus oris de vna re loquentis orationem aut dictionem variè pro libitu interpretatur, & vnāquāq; sententiam veram & auctoris esse asserit, maximum committitur peccatum contra dictum Christi: Vester sermo sit Est est, non non. Quid, quæsumus certi habereamus, si omnia omnium verba pro libidine exponere liceret? Lutherus dicit in paulo antè allegato loco: Si ista licentia regnet, possem ego omnia commodè interpretari, quæcūq; omnes hæretici vnq; dixerunt, Deniq; quicquid ipse Diabolus dixit, aut dicere & facere possit in æternum. Vbi tunc erit vlla facultas refutandi Hæreticos & Diabolum? Vbi sapientia illa Christi Domini, cui non possint resistere omnes Adversarij? Vbi Dialectica dicendi magistra? Vbi Rhetorica persuadendi facultas? Nihil docebitur, discetur, persuadebitur, consolabitur, terrebitur. Quia nihil certum aut propriè dictum audietur. Hæc Lutherus.

Stoff lius vnā vnus Strigelij vocem semel de vna re prolatam, tam variè pro libidine interpretatur, vt ei tribuat sex significationes, quarum qualibet autho-

authoris mentem referre debet, quod est Sycophan-
ticissimum & verberibus dignum: Iustissimè igitur
Stoffelij Glossemata improbantur, reijciuntur &
damnantur.

TERZIA RATIO.

Non est dicendum falsum testimonium. Glossæ
Stoffelij dicunt falsum testimonium: Nulla enim ear-
um consentit cum verbis & mente authoris. Nam
quomodo agendi Modus Strigelio significare potest
motum localem, cum disertè de tali Modo agendi lo-
quatur, qui spiritualia, nempe salutem & cœlestia
Spiritus sancti dona capiat & capere valeat? Quo-
modò etiam intelligat passivam Capacitatem, quod
scilicet verti potest ad bonum per Dei gratiam, cum
loquatur de tali Capacitate, quæ idem sit, quod Mo-
dus agendi? num modus agendi idem esse potest,
quod modus patiendi? Cum etiam loquatur de tali
capacitate, quæ sit idem quod Aptitudo actiua. Affir-
mat enim, quod illa Aptitudo valeat capere salutem.
Ita non loqueretur, si passivam Aptitudinem & Ca-
pacitatem intelligeret: Sed potius diceret, valet capi
in consequenda salute, Sicut Lutherus $\mu\pi\pi\sigma\tau\iota\kappa\omega\sigma$ lo-
quitur de Sophistarum Capacitate, quæ verti potest.

Nec etiam Homo ita aptus est ad Conuersionem,
sicut tabula ad recipiendam imaginem, cum sua na-
tura obnixè auersetur & à se arceat cœlestia Spiritus
sancti dona, sicut supra probauimus. Ideò nullum
prorsus habetur scripturæ testimonium de vlla Ca-
pacitate. Hinc apparet, quòd illa Glossa pugnet eti-
am cum Verbo Dei.

Non etiam per Modum agendi intelligi potest
medium,

1.

2.

3.

4.

medium, per quod regeneramur, cum Formula lo-
quatur de tali Modo agendi, qui sit in homine seu in
Libero arbitrio. Certè solus Deus ab extra per Ver-
bum & Sacramenta ex mera misericordia operatur
salutarem Conuersionem, in quibus & quando vult,
sine omni Liberi arbitrii Modo agendi, seu Capaci-
tate, seu Aptitudine, sicut clarè D. Vuellerus in loco,
quem pro se citat Stosselius, non de Modo agendi Li-
beri arbitrii, sicut Declaratio, sed de Modo agendi
Dei loquitur. Nec est in nostro Arbitrio positum, no-
bis illud Medium, per quod Deus operatur Conuer-
sionem, comparare aut accersere, Donum Christi est,
quod in Ascensione accepit pro Hominibus, sicut
Psal. 68. & Paulus Ephe: 4. testantur.

5. Quomodo etiam Modus agendi potest signifi-
care Motus spirituales in Homine renato, cum Stri-
gelius in Formula clarè loquatur de Viribus in Ho-
mine ex conditione adhuc reliquis? Verba sunt intel-
ligenda de subiecta materia: De Libero arbitrio, non
de Spiritualibus motibus sermo est. Sic enim inquit:
In doctrina de Libero arbitrio duo capita &c. Præ-
tereà, si in posteriori parte loqueretur de spirituali
Homine, necesse esset, eum etiam in priori parte loqui
de spirituali Homine. Nam ambæ partes sunt prædi-
cata vnius subiecti, nempe Liberi arbitrii: iam in prio-
ri parte talia prædicantur de Homine, quæ de Homi-
ne renato minimè dici possunt. Ergò nec in posteriori
de renatis, aut spiritualibus motibus loquitur.

6. Minimè etiam Modus agendi potest intelligi de
prærogatiua hominis, quòd ille solus præ omnibus
visibilibus Creaturis conuertitur. Nam Formula lo-
quitur de Modo agendi, posito in natura Hominis.
Prærogatiua autem hominis non est posita in homi-

nis natura, aut homo eam non habet propter aliquid,
quod ipsi insit, Sed est extra hominem, tantum in eo si-
ta, quod Deus eius miseretur, donans ei suum Filium
& salutem, faciensq; eum salutis Capacem & ad eam
aptum sine vlla hominis præcellentia, Dignitate, A-
ptitudine seu Capacitate, idq; q; ad hominem, purè pas-
siuè. Rectius igitur Modus Patiendi q; Agendi dicitur.

Atq; ita Stoffelij Glossemata minimè consentiunt
cum verbis & mente Victorini. Dicit igitur Stoffelij-
us & omnes q; freti ipsius Glossis subscripserunt, Fal-
sum Testimonium, Quod quantum sit peccatum, non
est quod quencq; doceamus, cum illud etiam pueri ex
Decalago sciant.

Q V A R T A R A T I O.

Antilogiæ non sunt ferendæ aut probandæ in vna
oratione, & de vno subiecto. Stoffelius glossando Vi-
ctorini Declarationem, ponit aliquot Antilogias. Cer-
tè Agere & Pati sunt contraria, & tamè vtrunq; tribu-
it Stoffelius Modo agendi, dum dicit, Modum agendi
esse ipsum opus audiendi verbum Dei: & esse Passio-
nem, quod diuinitus conuertitur passiuè. Sequi & præ-
cedere, an non sunt contraria? & tamen vtrunq; adscri-
bunt glossæ Modo agendi. Quia modò dicunt eum
pcedere, modò affirmant eum sequi efficacè operatio-
nem S. S. Motus psychici & motus spirituales certè in-
ter se pugnant, Illi. n. sunt peccata: hi verò cultus Dei.
Vtrunq; prædicant Stoffelij glossæ de Modo agendi,
cum modò dicant, Agendi modum esse motum loca-
lem, modò esse spirituales motus in renato. Obserue-
tur diligenter, quod in Disputatione coniungit Mo-
dum agendi & Assensum, & dicit, esse ex Spiritu san-
cto: in Inuectiua ve o B 3 & 4. quæritur calumniosè
sibi impingi, quasi Assensum annuentem promissioni,

N. B.

& applicationem, quæ fit in conuersione, docuerit esse ex humanis viribus, aut Modo agendi. Nota bene hanc vertiginem, quod hîc Modus agendi Stoffelio est Psychicus: Isthic verò Spiritualis. Hîc Modus agendi coniungitur, & æqui pollet humanis viribus, illîc coniungitur assensui. Huic non absimile est, quod nos in Disputatione insimulat Sycophantiæ, maliciæ & calumniæ, propterea quod Modum agendi in Declaratione intellexerimus de natura psychica, cum tamen in monstrato loco Inuectiuæ, nos iustificans pro nobis contra se pugnet, & ipsemet dicat esse idem, quod sunt vires humanæ.

Sic fœdè ac turpiter subinde Antilogizat in suis Glossis. Meritò igitur Stoffelij Glossmata vnâ cum Victorini Declaratione improbantur, reijciuntur & damnantur, quantumcunq; etiam de eis gloriatur & triumphet.

Recitatis tum vitij Declarationis, tum Rationibus, propter quas etiam Glossas improbamus, speramus pium Lectorem videre & intelligere, quàm nullo modo potuerimus illæsa conscientia Declarationi subscribere, nisi voluissemus nobis æternum Væ, de qua Esa: s. loquitur, accersere. Cogitent igitur hî, qui nos ob illam solam causam, q̄ nolimus falsum testimonium dare, in Exilium eiecerunt, quid respondeant iusto Iudici in illo die, in quo etiam de omni verbo ocioso, nedum de tanto peccato, reddaturi sunt rationem.

Hîc tu Stoffeli dicis, te ex officio restitisse Sophisticæ deprauationi propositæ Declarationis, ac factiosis Consilijs & molitionibus, susceptis contra Thuringicas Scholas & Ecclesias: Te detraxisse $\omega\sigma\phi\alpha\sigma\iota\nu$ &

& prætextum seditiosæ & inquietissimæ Factionis: in-
ualisse ἀίτιον seu arcem causæ, & ostendisse, quo no-
stra consilia, censuræ & reformationes ipso effectu
tendant &c: Nullam autem vim & sæuitiam in quen-
dæ exercuisse &c. Increpet te Deus Satan.

Non nos (qui Strigelij Declarationem intellexis-
mus, & adhuc accipimus iuxta propriam & genui-
nam verborum significationem, & iuxta autoris sen-
tentiam & mentem, sed tu potius deprauasti eam
sycophanticè tuis tam varijs Glossis, contra genui-
nam verborum significationem & Autoris mentem
confictis. Id quod præter alia, ipsius Autoris (Strige-
lij) literæ ad Vastatores (Visitatores volebamus
dicere) & ad quendam alium abundè probant.

Nihil (vt suprâ quoq; diximus) seditiosè aut fa-
ctiosè moliti sumus, vnq; contra vllam Ecclesiam &
Scholam, sed modestè diximus tibi & tuis Assessori-
bus, nostram de proposita Declaratione, & de Resti-
tutione Pseudodoctoris sententiam, tuas interim &
Pontani Cancellarij criminationes & tumultuatio-
nes atrocissimas & sæuissimas patienter ferentes.
Nec quidq; aliud (quod Deus nouit & ipsa rerum
testimonia confirmant) spectauimus, q; vt bonam con-
scientiam retineremus, nec nos Synergisticis perple-
xitatibus inuolueremus. Tu potius sycophanta im-
pudentissime & audacissime seditiosè perturbasti &
deuastasti Ecclesiam Dei, Pseudodoctorem restitu-
endo, falsam eius doctrinam, quam nunc ipse fateris
perplexam & ambiguam esse, palliando & promot-
uendo, pios Doctores, de quibus sæpè testatus es, q;
sincerè doceant, exturbando.

Non ἀίτιον seu arcem causæ inuadis, dum præten-
dis

D. B. H. H.
Eximius p-
ni p-
est mandati.

dis tuas Confessiones & Glossas, imò sceleratè verum
ἡγιώμενον dissimulas & inuertis. Quando vnq̄ nega-
uimus locomotiua, hominem per ministerium Ver-
bi & Sacramentorum conuerti, renatum habere mo-
tus spirituales, homines & non truncos saluari, Chri-
stum propter nos homines & non propter bruta a-
nimantia de cœlis descendisse? Quando vnq̄ à nobis
quæsitum est, quid tu credas aut non credas, quid sen-
tias aut non sentias, quid doceas aut non doceas, quid
fatearis aut non fatearis? De his omnibus nulla pro-
sus tum inter nos fuit disceptatio. Impudenter igitur
mentiris, dum blateras te proferendo tuas Confessi-
unculas, & Glossas inuadere arcem causæ,

D. Basil:
Extremus fi-
nis prauitates
est mendaciū.

ἄξιον seu arx Causæ est: orthodoxa ne, an falsa
sit Strigelij Declaratio, quam nobis probandam
proposuisti? Hic nos diximus & adhuc dicimus, eam
Synergisticam & impiam esse. Idq̄ probamus ex ip-
sis Israel Fontibus, imò etiam ex ipsius autoris lite-
ris & perpetua sententia validissimè: Tu verò dicis,
eam orthodoxam esse, idq̄ probas nullis prorsus
Argumentis, tantum pallias eam tuis vanis Glosse-
matis, nostra Argumenta ne minimo quidem di-
gitulo attingens. Nos porrò de tuis Glossematis dici-
mus & euincimus, illis non solum non saluari De-
clarationem Strigelij, sed etiam peccata cumulari
peccatis. Sic de Strigelij Declaratione, non de tuis
Confessiunculis præcipuè disceptatur. Iudicet nunc
Deus & Ecclesia an non Arcem Causæ inuertas po-
tius q̄ inuadas.

An non sauitiam aduersus nos exercuisti. qui
Illustris

Illustrissimo Principi persuasisti, impiam Formulam, verbo DEI & nostris authenticis Libris consentaneam esse: qui mentiens ad eius Celsitudinem retulisti, nostra Argumenta, quæ tibi opposuimus verbo DEI à te refutata esse, Item: nos iustissimam comprobationem impiè & præfractè detractasse: qui eius Celsitudinem tua delatrice lingua contra nos incitasti: qui Mandatum de nobis eijciendis promptissimè executus es. Si hoc non est exercere vim & sæuitiam, Quid igitur est? **DOMINVS** sit Iudex inter Nos & Te, respiciat & agat causam nostram, Amen.

Repetiuimus quàm breuissimè, verè tamen, quomodo in Exiliij nostri ærumnas inciderimus, vnde liquidò apparet, nos inuitos & immeritò eiectos esse. Oramus autem eos, qui nostrum Summarium Bericht nondum legerunt, ne grauatim perlegant. Illic enim, vt omnia narrantur plenius & vberius: ita haud dubie nostram innocentiam perspicuè animaduertent. Quanto aut studio & conatu, quanta etiam seueritate, Stoffelius vnà cum Assessoribus, à nobis & alijs Pastoribus singulis in Visitatione postulauerint captiosæ & flexiloquæ Formulæ approbationem, etiam sequentia partim docebunt.

PARS SECVNDA.

IMPRV



IMPVDENTER ADMODVM ET
quidem contra conscientiam negat
Stoffelius, se colludere cum Adia-
phoristis, Maioristis & Synergistis.
Vocamus autem Collusionem cum
Pseudodoctoribus magnum illud
Scandalum, Quando aliquis ex pro-
fesso quidem recte sentit & docet, aut certe cum or-
thodoxis recte sentire & docere videri vult: & ta-
men falsis Doctoribus, aut etiam Affectis eorum
ita blanditur & gratificatur, vt in propagando & re-
tinendo Errore aut impoenitentia vel iuuentur vel
confirmentur, quocunq; id fiat modo, siue opere, siue
sermone, siue nutu & gestu, siue etiam omissione ali-
cuius operis, sermonis, gestus & nutus. Apostoli vo-
cant illud peccatum communionem cum operibus
malis. Ephes: 5. & 2. Ioh. Paulus praecipit ibi non filiis
tenebrarum, sed filiis lucis, vt potius arguant infru-
ctuosa opera tenebrarum, q̄ eis communicent. Ioan-
nes affirmat, etiam salutando Pseudodoctorem, com-
municari ipsius malis operibus. Hoc modo Stoffe-
lium nimium colludere cum Adiaphoristis, Maiori-
stis & Synergistis, etsi luce meridiana clarius est, ta-
men nos quoq; demonstrabimus euidentissimè.

PRIMA DEMONSTRATIO.

Amicam & fraternam conuersationē & amicitiam
colere cum Pseudodoctoribus, esse collusionem seu
communicationem cum infructuosis operibus tene-
brarum, satis testatur modò citatum dictum Ioannis,
dicentis: Qui dicit falso Doctori Ave, communicat
operibus eius malis. Stoffelium autem nunc
vnicè

unicè delectari Adiaphoristarum, Maioristarum & Synergistarum amicitia, quis non videt? Vel, Victorinum Synergistam esse & quidem præcipuum hoc tempore, vt toti Ecclesiæ, ita inprimis Stollelio notissimum est, vtpote, qui Victorinum voce & calamo sæpius confutarit, & ipse in Disputatione Vinariensi tot absurda ex Strigelij ore audiens in hæc verba eruperit: Liberet nos Dominus à Victorini Theologia. Scit etiam, Victorinum nulla in hodiernum vsq; diem duci pœnitudine, sed mordicus adhuc retinere suos Errores. Nam cum vnà cum D. Maximiliano Anno 1560. in Decembri coràm consiliarijs Illustrissimi Principis conaretur, eum in viam reducere, audiuit ex Strigelij ore hæc verba: Ihr habt wider mich disputirt vnd geschrieben / vnd itzt colloquit ihr auch mit mir / Höret nur auff / ich werde doch nicht anders. Idem repetiuit postea in Transactione Vinariensi, cui Stollelius interfuit: M E A Confessio Sexies extat in iam impressa Disputatione, à qua ego nunq; recedam. Constat autem, illas ipsas Confessionunculas partim ambiguas, partim aperte Synergisticas esse. Præterea, Glossas Stollelij & quorundam Pastorum Subscriptiones, qbus Formula concordia in Visitatione ita accipiebatur & prædicabatur, ac si esset Veræ doctrinæ conformis, vsq; adeo ægrè tulit Strigelius, vt eam ipsam ob causam se profugum factum esse palàm fateretur.

Hæc & multa alia, etsi non ignoraret bonus ille vir: tamen sollicitè laborauit, vt tam pertinax Pseudodoctor in pristinum locum & dignitatē restitueretur &c. Nam postq; lenæ abdicato & tantum rō enecato, crudelibus tumultuationibus Cancellarij Pontani,
G Domis

Domino Balthasaro Vuinter fideli Iesu Christi Mi-
nistro) Pastoris munus subiisset, coepit ilico cum Stri-
gelio familiarius conuersari, eumq; his verbis conso-
lari: Mi frater, sis bono animo, tua res erit nobis cura.
Scis Stoffeli, vbi & quando hac dixeris? Nec deinde
quieuit, donec tandem facta ex composito Concordia
Formula, qua Synergista palato sapuit, quamq; pro
sua Cōfessionis aut Declarationis loco in Transactio-
ne proposuit, solenniter receptus & restitutus est. In
Visitatione porrò hoc obnixè egit Stoffelius, vt Stri-
gelius Synergista etiam ab alijs Ecclesiae Doctoribus
pro Fratre haberetur, tanto studio & tam seuerè, vt
plurimos, qui concordia Formulae subscribere recu-
sauerunt, ab officio amouerit, & vnà cum vxoribus
& paruis liberis media Hyeme in Exilium pepulerit,
& ad extremam paupertatem redegerit, inuitis &
gementibus Ecclesiis, quibus fideliter seruierunt. Si
hoc nō est colludere cum Synergistis, quid igitur est?

Ah, si Stoffelius vel micam veræ pietatis haberet,
& omnia sua studia & actiones Deo consecrasset, si-
cut gloriatur, saltem tunc, cum Synergista ipsis Visi-
tatoribus per literas significasset, sibi non placere
Stoffelij Glossas, & conditionalem Subscriptionem,
cogitasset & dixisset: Hem, decepti sumus ab illo im-
postore, missos faciamus pios Pastores, quos sua, de
Strigelij animo & Declarationis sententia, haud fefel-
lit opinio. At verò tum demum cepit multò acrius &
vehementius Synergistæ Declarationem prædicare,
Glossis palliare, & Pastoribus comprobendam obtru-
dere, quàm antea vnq;. Quid quod ipsi iam profugo,
missis Literis & honestis Legatis, turpiter propemo-
dum & amatorie supplicarunt, vt ad suam stationem
rediret, additis amplissimis promissionibus. An hoc

non est colludere cum Synergista?

Quantum etiam hac Collusione Synergista eiusque affecta in errore & impoenitentia confirmati sint, vel ex eo manifestum est, quod statim à restitutione in quadam intimatione gloriatus est, se restitutum esse sine vulnere conscientiae & fama. Item, quod ad quendam studiosum dixit, se ne latum quidem pilum discessisse à sua pristina Sententia.

Simili planè ratione etiam cum Maioristis & Adiaphoristis colludit. Victorino iam profugo, circumferebatur passim Scheda, quæ narrabat, Stoffelium Vitebergam venisse, & ibi humiliter deprecatum esse, quod se eis in Confutationibus opposuisset &c. Nobis hoc initio incredibile erat: neque enim putabamus, tantam leuitatem & impietatem in hominem cadere posse, At nunc testibus ocularibus conuicti cogimur credere, nimis verum esse, quod scheda narrabat. Nam Adiaphoristas usque adeò colit & amplectitur, vt sibi honorificum duxerit, actum sui Doctoratus ornari presentia cuiusdam, qui Adiaphorismum tanto studio promouit, vt tunc plerique eum nominarint seductorem Philippi, quique eo ipso tempore, quod Stoffelius prolicentia impetranda disputabat, satis virulenter inuehebatur in Adiaphoristas, in cuius etiam gratiam Stoffelius vicissim, cum Doctoris insignia acciperet, Antiadiaphoristas Seditionis nota conspurcabat. Reliquos Corruptelistas tantis laudibus in suis Inuectiuis vehit, vt eos iniuste & crudeliter à nostris falsæ doctrinae accusatos esse, affirmare, ipsosque ad stringendum calammum contra eos, à quibus pie & decenter refutati sunt, atrociter instigare non vereatur. Hæc cum sint omnibus notissima, nihilo minus quaeritur sibi affingi Collusionem cum Adiaphoristis.

Huc etiam pertinet, quòd gloriatur, se id ope-
ram dare, vt cum orthodoxia, vera etiam docentium
ὁμολογία in Thuringia constet & floreat. Item, Esse iam
ibi dulcissimum omnium Professorum & Superin-
tendentum consensum, in pura professione & propa-
gatione doctrinæ cœlestis. Qualem hîc Concordiam
intelligat paucis aperiemus.

Sunt inter Collegas Stoffelii, qui Synergistico
errore non leuiter infecti sunt, quiq; ob eam ipsam
causam à Domino Balthasaro pio & fideli Pastore à
Sacramentis arcebantur. Hî statim vt Stoffelius le-
nam venit, rursus ad Sacramenta admissi sunt, sine
omni pœnitentia. Possemus nominare Superinten-
dentes, qui, sicut semper Victorino & alijs fanaticis
fuerunt addictissimi: ita adhuc hodie cum suis Dia-
conis, pro Synergia & alijs Erroribus, subinde de sug-
gestu blaterant, non sine scandalo, & piorum audito-
rum gemitu. Cancellarius Pontanus commendauit
Ecclesiæ Budstadiensi Castulum, qui Synergiam sem-
per acerrimè & pertinacissimè amplexus est & de-
fendit, quiq; ob eam rem, eo tempore quo Aula Sy-
nergistico errori aduersa erat, ab officio Pastoralis
remotus, diu arestatus fuit. Hunc, cum Ecclesia Bud-
stadiensis propter phrenesin, qua tunc laborabat, re-
pudiaret, obtrusit ei Stoffelius alium Sorbianum
quendam Schillingium, oculis & mente cecucien-
tem, de quo fide digni referunt, quòd semper Errori
Synergistico patrocinator sit. Quid quòd Pastor qui-
dam rectè sentiens, & ob id adhuc hodiè periclitans
dictum Budstadiensem Pastorem vnâ cum Diacono
Andrea Miseno, coram Cancellario, audiente Senatu
Budstadiensi in faciem falsæ doctrinæ aperte & con-
stanter.

stanter accusauit. Qualis etiam sit Andreas Misenus
vel ex eo iudicetur, quod aliquando ad me Marti-
num Vuolffium dixit, Se malle cum Philippo in infer-
no, quam cum Illyrico in caelo esse. Item, Quod apud
Praefectum oppiduli cibum capiens impudenter e-
rumpere in haec verba ausus est: Se gratias agere
Deo, quod ipsius Vocatio dilata esset in hoc tempus,
quo non iurare cogeretur in impium Libellum Con-
sutationum, vt de scelerata eius Vita iam nihil dica-
mus. M. Christophorus Lasius ex Professo & Adia-
phorista & Synergista est, & dicitur conscribere ma-
gnum Commentum contra Illyrici veram sententi-
am, in Vinariensi Disputatione defensam. In Scholis
passim reperire est hypodidascalos, falsis Doctores
bus adprime fauentes, & odium Syncerorum Docto-
rum miseræ & imperitæ iuuentuti instillantes.

Ex his exemplis apparet, qualis Consensus &
Cōcordia sit, quam Stoffelius tanto studio promouet
& colit, Samaritica nempe, aut potius Epicurea, Vt
pro Fratribus & Ciuibus habeantur, absoluantur,
sacra Cœna pascantur omnes, quomodocunq; etiam
affecti sint, modò non, instar Flacianorum, pertinaci-
ter errantes obiurgent, carpant & damnent. Hic est
ille dulcissimus consensus, quieti & Venti suauiter
subseruiens. Si enim (inquiunt) perpetuò dimican-
dum est cum Errantibus & peccantibus, quando erit
certaminum finis?

Sic oculis nostris videmus, auribus nostris audi-
mus, nostro etiam & Ecclesiae magno malo & dam-
no experimur, Stoffelium summopere expetere &
colere impiorum Doctorum amicitiam & fraternam

coniunctionem. Vanissimè igitur negat, se colludere cum Adiaphoristis, Maioristis & Synergistis.

N. B. Sed hic oggannit nobis Stoffelius: Ciues aut placidè sanandos aut sapienter tolerandos esse, plus enim satis negocij & certaminum nobis esse aduersus professos & exteros hostes &c. Vetus hæc cantilena est, à Stoffelij amicis & coniuratis ante aliquot annos subinde nobis decantata, vt vel ex eo pateat, ipsum cum Adiaphoristis colludere. Corruptelistas vocat Fratres, eò quod ore confitentur, se à Papistis alienos esse, & amplecti Augustanam Confessionem, quibus tamen in Colloquio Vuormacensi anno 1557. nequaquã sese adiungere, & Confessionem contra Aduersarios Pontificos vnà cum illis propugnare voluit, nisi prius communi consensu, Zuinglij, Osiandri, Maioris & Adiaphoristarum dogmata, Sectæ, Corruptelæ, & *σφαλματὰ* disertè & cathegoricè fuissent damnata. Tales iam placidè tolerandos & pro fratribus habendos esse censet, etiamsi tetros & blasphemos Errores voce & Scriptis, perpetuò mansuris, in agrum Domini sparserint, Israel peccare fecerint, infinitas Animas seduxerint, nullam adhuc veram pœnitentiam egerint, Sed potius pergât suum Fermentum suis commentis passim aspergere, eosquæ à quibus piè & decenter redarguti sunt, canino vel potius Cainico odio psequi.

Tales autem non esse fratres amplius, satis testatur dictum, I. Iohan. 2. E nobis egressi sunt, sed non erant ex nobis. Tales etiam nec posse nec debere placida tractatione sanari, satis indicât Scripturæ dicta, quæ præcipiunt. tales arguendos, malleo legis contemendos, gladio Spiritus & verbi confodiendos, & minime blandicijs tractandos esse. Blandimentis velle
tales

tales Peccatores in viam reducere, est non tātum im-
possibile, sed etiam tentare Deum. Tales etiam non
posse sine impietate, nec sapienter tolerari, docet di-
ctum Pauli: Hominem hæreticum, post vnam aut al-
teram admonitionem, deuita. Talium etiam commer-
tium & familiarem consuetudinem fugiendam & mi-
nimè expetendam esse, præter multa alia Scripturæ
testimonia, satis probat vnicum illud Pauli, 2. Theff.
3. Subducite vos, ab omni FRATRE inordinate
viuente.

Videmus etiam in Historia Ecclesiastica, omnes
orthodoxos summopere cauisse, ne se polluerent tali-
um amicitia. Polycarpus Marcioni interroganti, num
me agnoscis Polycarpe? respondit: Agnosco te primo
genitum Satana. Ariani certè multò infestiores erant
Paganismo, quàm nunc Adiaphoristæ Paparui sunt.
Georgius Arianus & Successor Athanasii ad sangui-
nem vsq; contradixit Paganismo. Nec Arius, nec eius
affectæ vsq; adeò aperte contradixerunt Veritati, &
Nicaenæ Synodo: quin potius sæpè simularunt, se tene-
re dictæ Synodi Decretum, vt propemodum Con-
stantinus etiam in Arj partes pertractus, & persua-
sus sit, Ario fieri ab Alexandro & Athanasio iniuri-
am. Arius tãto studio occultauit suam Hæresin, vt ab
orthodoxis vix accuratissima attentione deprehendi
potuerit, Tamen Athanasius potius quàm tales pro-
ciuibus & fratribus haberet, maluit non solum alio-
quoties exulare, sed etiam de vita periclitari.

De Felice narrat Tripartita, quod obseruatio-
ne dignissimum est. Felix successit Liberio Ari-
anos liberius taxanti. Hic, etsi rectè docuit & sensit,
Seruauit enim, inquit Historia, expositam in Nicæa
fidem.

Lib. 5. cap. 83.



fidem in concusse) tamen Ecclesiæ Romanæ adeo in-
gratus fuit, vt pleriq; Felice p̄sente sacris interesse no-
luerint. Sic enim ibi narratur: Nullus tamen Romæ
habitantium in Basilicam ingressus est, cum ille intus
astaret, Nec prius quieuerint, quam suum Liberium
recuperauerint. Audi Stosseli, Romanam Ecclesiam
tam duram & stoicam, aut etiam (vt tu soles
loqui) tam Factiosam fuisse, vt etiam rectè sentientem
& docentem audire & pro suo Episcopo agnoscere
noluit. Quid putas in eo desideratum fuisse? Illud ip-
sum quod in te iam desideramus, quod videlicet pro
Ciuiibus & Fratribus habuit Corruptelistas. Nam sic
inquit Historia: Is expositam in Nicæa fidem incon-
cussè seruauit, sed Corruptorib; eius sine discretionè
communicabat. Testatur idem de Felice etiam Eccle-
siastica Historia lib. 10. cap: 22. his verbis: Non tam
Sectæ diuersitate, quàm Communionis & ordinatio-
nis conuenientia commaculabatur. Etiam Philippus
in suo Carionis Chronico ita de Felice loquitur, *Das
er die Arianer habe geduldet.* O quàm multi nunc
sunt Felices, qui felicitatem huius vitæ aucupantes,
videri quidem volunt rectè & sentire & docere, col-
ludunt tamen cum Corruptelists propter bonum
Pacis, Ecclesiæ interim & Salutis animarum & veræ
ac in æternum duraturæ Pacis & Concordiæ nullam
prorsus rationem habentes.

Felix haud dubiè æquè ac nunc Stosselius ad ra-
uim vsq; clamitauit: Rectè doceo, rectè doceo, Libe-
rius fuit homo inquietus & turbulentus: Quorsum
istæ perpetuæ disciptationes & clamores contra eos,
qui nobiscum Christum profitentur & Paganis-
mum impugnant? Quin potius næuos, si quos habent,
placide

placidè sanamus, ipsosq; sapienter & sine impietate
toleramus: Certè plus satis negocij & certaminum
nobis est aduersus professos & externos hostes, ciues
missos faciamus &c. Sed apagesis Stoffeli cum tua,
felice quidem in hac vita nunc præsertim, impia ta-
men moderatione & sapientia.

Nos potius sequemur ductum verbi Dei, quod
iubet, Corruptelistas non prius pro Fratibus & Ci-
uibus haberi, quàm suos Errores fateantur, reuocent
& corrigant, vt & alij timorem habeant, & ipsi tali se-
ueritate ad Erroris & peccati agnitionem compellan-
tur. Hæc est salutaris cura sauciati Viatoris, palliati-
ua illa cura, qua Stoffelius cum multis alijs Ecclesiæ
Vulnera sananda esse putat, tantum abest vt Vulnera
Ecclesiæ sanet, vt potius malum malo augeat, & po-
steriora prioribus peiora reddat, de quo etiam Eccle-
siastica Historia lib. 10. cap. 21. grauiter conqueritur
his verbis: Ea tempestate (quandò scilicet orthodoxi
communione suam Hæreticorum societate comma-
culabant) facies Ecclesiæ fæda & admodum turpis
erat. Non enim sicut prius ab externis, sed à proprijs
vastabantur. Fugabat alius, alius fugabatur, & vterq;
de Ecclesia erat: Ara nusq; nec immolatio, nec libæ-
mina: præuaricatio tamen & lapsus erat & ruina multo-
rum &c. Similiter nos quoq; meritò querimur, Esse
ab eo tempore quo sancita est Amnistia cum Corru-
ptelists, fædam & turpem Ecclesiarum Thuringicarum
faciem. Fugat alius, alius fugatur, & tamen v-
terq; gloriatur, se credere & docere iuxta Scriptu-
ram sacram, & autenticos libros nostrarum Ecclesia-
rum. Non quidem conspiciuntur abominationes Pa-
pisticæ: Videtur tamen (proh dolor) præuaricatio,
H lapsus

lapsus & ruina multorum. Nec tamen nos, qui cum
viris vanis non sedemus, cum dolosis non conuersa-
mur, odimus Ecclesiam malignantium, & cum impijs
non sedemus: Sed Stosselius, in cuius conspectu pluri-
mi fit malignus, hoc tempore dilacerat Ecclesias Thu-
ringicas, Ideoq; coram Deo abominatio est, iudicium
portabit & horribiliter suo tempore punietur, nisi re-
siperit, & quidem citò:

SECUNDA DEMONSTRATIO.

Stosselius blanditur & gratificatur impijs Docto-
ribus, non solum ipsas Personas amanter amplecten-
do, sed etiam falsam eorum doctrinam probando, pal-
liando, & alijs sub pœna abdicationis & Exilij com-
probendam obtrudendo. Igitur verè & apertè collu-
dit cum eis, & vanè gloriatur, se ex animo detestari
omnes doctrinæ Corruptelas.

Hic Stosselius ingenti vociferatione negat Antee-
cedens, & quæritur sibi fieri iniuriam. At nostra His-
toria, quam in Summarien Bericht, & iam in prima
parte commemorauimus, satis superq; probat, Antee-
cedens verissimum esse. Ostendimus enim ibi, Decla-
rationem Strigelij, quam Stosselius probat, palliat &
alijs obtrusit, multifariam pugnare cum verbo Dei.
Probauimus etiam Stosselium suis Glossematis tam
non effugere impiæ Collusionis crimen, vt potius pec-
catum plurimis alijs cumularit.

Quòd autem in Inuectiua negat, se vnq; tam im-
piæ, captiosæ & flexiloquæ Formulæ propugnato-
rem fuisse, aut quenq; in eas Formulas iurare voluis-
se, sed tamen ⁱⁿ ^{ipsis} ^{Formulis} ^{vsurpasse}: tam impudens est
Mendacium, vt hominis vanitatem non satis mirari
possimus, Cum per totam Visitationem anno 62. ali-
ud nihil

ud nihil egerit, q̄ q̄ summo studio defenderit, omni-
busq; Pastoribus obtruserit impiam illam & flexilo-
quam Formulam, & subscribere nolentes ad triste
Exilium vsq; persecutus sit. Id quod præter alia mul-
ta quorum aliquot in prima parte recitauimus, etiam
literæ Visitatorum ad Aldenburgensem & Calensem
Senatum, satis testantur, quibus hæc insunt verba:
Wir haben aus befehl des Durchlauchtigen etc. ewern
Pfarherrn für vns erfodert/ vnd von jme begert/ sich
der Declaration Victorini zu vnterschreiben/Wiewol
er sich nun dessen gewegert/vnd allerley fürgewandt/
So sind jm doch seine Motiuen vnd Argumenta, wel-
che in dauon abhalten haben wollen/ statlich aus Got-
tes Worre abgelehnet worden. Wenn er aber darüber
auff seiner Meinung vnd Consciencz/die er jm one Got-
tes Wort gemacht/bestanden/ So hat hochgedachter
vnserr G. S. vnd Herr befohlen/das er sich anheim mös-
ge begeben/ vnd das er sich der Canzel sol enthalten/
Auch sich darnach richten/das er die Pfarr auff Pünff-
tigen Michaelis reume etc.

Scit insuper Stoffelius, esse inter nos, qui ipsius
Glossis voluerunt subscribere, si à Strigelij Declara-
tione separarentur. Verum hoc nequaquã voluit con-
cedere Magister Noster Stoffelius cum suis Assessoris-
bus. Nam Pontanus Can:ita eis respondit: Nicht als-
so / Die Declaration ist meines G. Fürsten vnd
Herrn / vnd wird sie für euch wol verteidigen.
Sic tanto studio defenderunt impiam & flexiloquam
Formulam, vt eam sibi vendicarent, præsertim Stri-
gelium profugo. Cumq; ego Nicolaus Hacus di-
cerem: Tamen Victorinus dixit in Lectione habita
die Bartholomei: Multi p̄j & docti Viri sine omni-
tergiuerfatione Meæ Declarationi subscripserunt.

Respondit Stoffelius, Et ego dico Meæ, & Princeps
dicit, Meæ Declarationi. Quid, q̄ Stoffelius in Dispu-
tatione de Spiritu S. tantopere propugnat Modum a-
gendi, vt eum dicat prodesse ad refutanda Manichæo-
rum & Enthusiatarum delyria?

Qua igitur fronte, qua conscientia, quo ore ne-
gas, Stoffeli, te illius flexiloquæ Formulæ propugna-
torem extitisse, eamq; aliter q̄ μίμητικῶς usurpasse?
Esset profecto fortis μίμησις, te per aliquot menses in
publica Actione cum alijs sedere & declamitare de
Glossis harum vocum. Et posset inde concludi, te
hominem admodum leuem & Epicureum esse, qui
non seriò, sed ceu histrio aliorum verba scurrili imi-
tatione, in aliorum perniciem sciens proposueris, &
omnia ludicro modo egeris, vt deciperes tam adstipu-
lantes q̄ contradicentes tuæ sententiæ.

Minaris, te integram Historiam istius Thurin-
gicæ Visitationis editurum esse. Vtinam faceres. Non
enim pudet nos eorum, quæ tum & egimus & passi-
sumus. Vide modò, ne, sicut Funccius in recitatione
Osiandricæ Historiæ, veris falsa admisceas. Hoc si fe-
ceris, scito, nos contra euulgaturos esse veram toti-
us istius Vastationis narrationem. Non fuimus (cre-
de nobis) tam oscitantes, quin singuli omnia, quæ no-
biscum acta sunt, & quæ nos vicissim tunc diximus,
scripsimus, fecimus, audiuius & tulimus, diligenter
chartis inscripserimus, & ad illum ipsum vsum, si
opus foret, reseruauerimus. In æternum pudebit vos
istarum Actionum. Iudicium melius posteritatis e-
rit.

In summa, ipsa experientia & rerum testimonia com-
firmant. Antecedens, Stoffelium scilicet p̄bare, pallia-

re,

re, & defendere Synergisticam Synergistæ Declarationem, nimis verum esse. Stat igitur consequentia, Stoffelium colludere cum impijs Doctoribus, & vanè gloriari, quod ex animo detestetur omnes doctrinæ Corruptelas.

Constat etiam, Strigelium hac comprobatione in Errore maximè confirmatum esse. Siquidem sæpè gloriatur, suum Modum agendi probari à Doctis. In Oroë quam statim post comprobatam Declarationem habuit de Gloria Ecclesiæ, non obscure indicat, se propter veritatis Assertionem & Confessionem periclitatum, diuinitus liberatum & sic martyrio coronatum fuisse. Tacemus iam de Affectibus ipsius. Quare Stoffelius non parum communicauit infructuosis operibus tenebrarum.

TERTIA DEMONSTRATIO.

Stoffelius colludit cum impijs Doctoribus, non solum familiariter conuersando cum ipsis, & Falsam eorum doctrinam probando, palliando, & alijs comprobandam obtrudendo: verum etiam suis ipsius Scriptis subinde Falsas sententias aspergendo. Facit tamen illud rectè, versutè, & tanquàm aliud agens, *verschlagener / Spitzbüßischer weise*.

In Disputatione de Spiritu sancto certè videri vult docere orthodoxam Sententiam de Libero arbitrio, & tamen subinde admiscet aliquid Synergismum redolens. Id etsi in nostro Summarien Bericht monstrauimus; tamen nunc quoque demonstrandum putamus.

Tribuit homini psychico, quod possit Ministerium reuerenter amplecti ante Spiritum sanctum. Reuerenter

H. 3.

reuerenter

reter amplecti Verbum eiusq; ministerium, certè
Spiritualis & internus auditus cordis est. Ergò tribu-
it homini psychico, q; possit Spiritualiter audire
verbum Dei contra dictum Christi, Iohan. 8. Qui ex
Deo est (non qui ex Adamo aut Psychicus est) audit
verbum Dei.

2.

In Prop: 16. Vbi recitat opera Spiritus S. in nos-
tris pectoribus dissimulata illuminatione, tribuit pri-
mum locum obsignationi promissionis Euangelij in
EXCITANDIS & gubernandis piorum præcibus,
deniq; in viua & efficaci animorum nostrorum con-
solatione. Triplex Error in his verbis continetur.
1. Quòd dissimulat illuminationem, qua prima fidei
scintilla accenditur in nostris pectoribus ab extra.
2. Quòd obsignationi promissionis Euangelicæ in
excitandis præcibus &c. primum locum tribuit inter
opera Spiritus sancti, qui non leuis Error est. 3.
Quòd vtitur voce (Excitandi) sicut Strigelius solet,
qui sentit, restare adhuc in homine post Lapsum scin-
tillam agnitionis veritatis, quæ per Spiritum sanctum
excitata possit audito verbo credere.

3.

Prop: 17. numerat Assensum inter externa ex-
ercitia, per quæ Spiritus sanctus datur. An non inde
necessario sequitur, Assensum posse esse sine Spiritus
sancti operatione.

4.

In 18. Prop: dicit Modum agendi sequi efficacem
tractionem Spiritus sancti, & q; homini psychico
(nota q; dicit Homini psychico) ne minimè quidem
vis & efficacia cooperans cum Spiritu sancto AN-
TE

TE gratiam tribueretur sine detractioe gloriae Spi-
ritus sancti. His verbis tectè innuit, hominem psy-
chicum nihil quidem posse ANTE gratiam, posse
tamen psychicum Hominem assentiri EXCITA-
TVM à Spiritu sancto, Sicut imbecillis non potest
magnum lapidem mouere solus, accedente autem &
incipiente fortiori potest eum aliquo modo moue-
re. Nisi hoc innueret, nō tantum loqueretur de, AN-
TE gratiam, sed adderet psychicum hominem neq̃
post gratiam quidq̃ posse, & perpetuò aduersari
Gratiæ Dei ante & post acceptam gratiam. Est qui-
dem in homine conuersio cooperatio, sed hæc non est
ex psychica, sed ex Spiritualia natura.

Prop: 19. non obscure affirmat, Modum agen-
di (qui ei idem est quod Assensus, Sic enim inquit
Prop: 23. Modus agendi seu Assensus &c.) oportere
concurrere in applicatione Veræ & salutaris Cōuer-
sionis. Item, Prop: 23. disertè dicit: Assensum concurre-
re in applicatione. Si Assensus concurrat in ipsa appli-
catione conuersionis, necesse est, Assensum esse, aut
esse posse in natura psychica. Quomodo enim con-
currere posset, quod nondum existeret. Nisi Strige-
lizaret Stoffelius, non diceret, Assensum concurrere
in applicatione conuersionis, sed fieri diuinitus per
Verbum & Sacramenta: In Fieri, non in Esse, est
Assensus quando iam applicatur Conuersio. Er-
gò, cum nondum sit, sed fiat, non potest concurre-
re.

In eadem Prop: dicit: Modum agendi ideò doce-
ri, vt sciatur, Spiritum sanctum operari conuersionem
in

5.

6.

in tali natura, quæ habeat Voluntatem & rationem. Quis (obsecro) hæc aliter accipere potest, quæ Voluntatem & Rationem hominis facere, aut conducere aliquid ad conuersionem, aut quod homo habeat aliquam prærogatiuam præ alijs animantibus, propter suam Voluntatem & Rationem. Sic certè Homo haberet aliquam gloriam coram Deo. Quis nescit, aut quis vnquam negauit Deum conuertere non bruta, sed hominem? Cui, obsecro, opus est, vt de eo doceatur? Verum Rationem & Voluntatem hominis quidquam facere & conducere ad sui Conuersionem, hoc negat tota Scriptura, Quin insuper affirmat, Voluntatem & Rationem hominis auersari & aduersari Deo conuertenti, imò etiam iumento similem esse. Si Voluntas & Ratio vlla causa est conuersionis, cur non aliqui Diaboli conuertuntur, qui certè æquè ac homo Rationem & Voluntatem habent? Deest eis vera & vnica causa conuersionis, nempe, misericordia Dei: Non est currentis neque volentis, sed miserentis Dei, Rom: 9.

7. In eadem Prop: negat sine omni discretione, Spiritum S. agere in hostiliter furentes & frementes violenta impressione & coactione, sed facere ex nolentibus volentes. His verbis, cum non discernat inter motum localem & internam repugnantiam, certè affirmat, Hominem posse non hostiliter repugnare Deo conuertenti, contra totam Scripturam, quæ docet, carnis perpetuam esse inimicitiam, concupiscere & militare contra Deum & Spiritum, Gal: 5. Rom: 7. Psalmo 68. clare dicitur, Christum accepisse dona PRO REBELLIBVS.

Certè etiam nos credimus & docemus, ex nolentibus

tibus

tibus fieri volentes in conuersione: Sed quaestio est de
Causa efficiēte, Vnde videlicet existat in hominis cor
rupta & Deo inimica ac repugnante Voluntate talis
conuersio, vt ex nolentibus & repugnantibus volen
tes fiamus: An scilicet, Mens, Voluntas & Cor ex pri
ma natiuitate insitam habeant talem potentiam, tales
vires & facultates, vt, quando Homo verbum D E I
legit, audit & cogitat, possit vel sine Spiritu sancto ex
puris Naturalibus concipere & elicere Assensum, vel
actiones tales (quocunq; eas vocaueris nomine) qua
les ad contritionem, fidem & nouam obedientiam in
Scriptura requiruntur. Vel certè, si Spiritus sanctus
per verbum lectum, auditum, cogitatum moueat vo
luntatem, Voluntas quasi è somno excitata incipiat
etiam aliquid agere, veille, assentiri, idq; ex ijs viribus
seu potentia, quam in creatione accepit, ac quaè post
lapsum adhuc reliqua esse debet, iuxta Regulam Vi
ctorini: Voluntas est & manet voluntas, & retinet su
um agendi Modum seu proprietatē &c. Nec sit ocio
sa, iners, ignaua & cōtumax, Non repugnet, vel certè
possit non repugnare, si velit, sed luctetur cum dubi
tatione, trepidè & languidè inter tristes gemitus
promissioni gratiæ essentiat, vel nutu saltem aliquo
mit einem Jawort.

Hic nos disertè respondemus. Primum, Conuer
sionem esse motum, & in conuersione fieri motus.
Est autem Conuersio opus Spiritus sancti (non No
strum nec Voluntatis nostræ) creantis, restituentis ac
donantis homini conuertendo (qui est S V B I E
C T V M P A T I E N S, in quo fit conuersio) no
uum Cor, nouam Voluntatē, seu fidem vel Assensum,
seu Modum agendi, hoc est, applicandi se ad gratiam,
I Remissio

Remissionem peccatorum, iusticiam ac vitam æternam, per verbum Euangelij & Sacramenta oblatam, apprehendendi, & abijciendi peccata contra conscientiam, luctandi cum desperatione & alijs motibus cordis humani, quod per se & sua natura contumax est & REBELLE, repugnans Deo, inimicitiam aduersus Deum gerens. Ita conuersio est motus quidam creatus, donatus à S. S. per verbum Euangelij & Sacramenta, & in conuersione Hominis fiunt motus, sed hi motus, de quibus dictum est, nō sunt voluntatis Adamicæ, quæ nō solum purè passiuè se habet, sed etiā repugnat, verum S. sancti creatis & donantis Cordis & Voluntati tales motus, p quos applicatio gratiæ fiat.

Deinde disertè fatemur, non fieri conuersionem in ijs, qui perpetuò reluctantur, & in fremitu ac furore suo hostili aduersus Deum perseuerant, Verbum ac Sacramenta planè abijciunt & pedibus conculcant. Imò perspicuis verbis asseueramus, requiri Assensum, applicationem & susceptionem Gratia, sed quæstio est, vnde existat ille assensus, vnde fiat illa applicatio ac susceptio gratiæ, cum cor humanum sua natura non nisi repugnare possit, nec per se cohibere illam repugnantiam valeat, imò illa in conuersis etiam maneat, tametsi ex parte fracta & debilitata. Hic claris verbis respondemus, Assensum illum seu applicationem, existere non ex innatis viribus Voluntatis, quod Pelagiani impudenter asseuerabant, nec oriri ex voluntate aliquo modo quasi è somno excitata, & ex ijs viribus quæ post Lapsum sunt reliquæ, & iuxta Regulam Victorini ac Synergistarum suprâ commemoratam: Voluntas est & manet voluntas &c. Ita vt voluntas aliquo modo, qui sit voluntatis proprius, ac qui

ex.

ex Modo agendi seu proprietate voluntatis naturali
oriatur, Spiritui s. mouēti assentiatur, luctari incipiat
cum desperatione, abijcere peccata cōtra conscientia,
vel repugnare prauis suis motib: quos ex corruptione
habet, gebe saltem (vt Synergistæ volunt) ein jawort
darzu: Hæc omnia inq̄, negamus ac pernegamus vera
esse, & ex fundamentis scripturæ probari posse, sed af
firmamus oriri à s. s. non Enthusiasticè accipientis vel
violenter afflantis conuertendos, sed per ministerium
verbi ac sacramētorum, efficaciter ac potenter in cor
de ipsorum operantis, creantis, donantis ac restituē
tis de nouo salutes illos motus, qui in Lapsu per pec
catum amissi fuerunt, iuxta illud: Cor nouum crea in
me Deus &c. & excidentis lapideum illud, mutum
& incapax cor, vt Ezechiel & s. Lutherus loquuntur,
videlicet: Contritionem salutarem, Fidem assentien
tem, applicantem, apprehendentem, nutu suo suscipi
entem & amplectentē oblatam gratiam ac misericor
diam Dei in Christo Filio Dei saluatore nostro exhi
bitam, luctantem, repugnantem motibus cordis ac vo
luntatis Adamicæ, actiones carnis mortificantem, non
tamen perfectam & omnibus numeris absolutam, sed
quotidiè in veris exercitijs pœnitentiæ, & quidem in
tristi imbecillitate crescentem &c.

Tertiò & hoc omni asseueratione confirmamus,
nos nequaquã disputare de Repugnantia locomotiuæ,
id quod synergistæ sine fronte nobis affingere & tri
buere non verentur, sed de interna Cordis ac Vo
luntatis Repugnantia, quæ cohibetur, mortifica
tur, crucifigitur ac destruitur in verè conuersis, fre
numq̄ ei inijcitur per spiritum sanctum ac fidem, ne
ita liberè aduersus DEVM eiusq̄ legem feratur.

I 2

Qualis

“
“
Luth: de capt:
Babi: de Sac
ra: baptisimi

Qualis verò sit militia fidei vel noui hominis, & voluntatis Adamicæ seu repugnantia habitantis in carne piorum vsq; ad mortem, & in ipso agone mortis potissimum sese exerente, D. Paul: Rom: 7. luculenter ostendit, & omnes p̄j non absq; gemitu quotidie experiuntur ac queruntur.

Quartò. Scimus & fatemur, in Conuersione esse luctam, nec absq; lucta eam fieri, sicut paulo antè expresse ac clarè à nobis dictum est. Sed iterum negamus ac pernegamus, luctam illam esse voluntatis Adamicæ, quasi illa (quod Synergistæ ingenti vociferatione, tumido & inflato ore ebuccinant) luctetur per se ex suo naturali ac proprio agendi modo, quem habeat post lapsum adhuc reliquum, vt à peccatis soluat, gratiam oblatam sibi, quamuis languidè, trepidè, ac inter tristes gemitus applicet, & assentiri conetur, nutu saltem aliquo, mit einem Jawort: Hanc inq; Opinionem à Scriptura alienam, & Pelagianam & Synergisticam toto pectore improbamus, damnamus & ex foro atq; limitibus Ecclesiæ exterminandam & proscribendam esse censemus.

Non enim Voluntas Adamica luctatur, vt gratiam sibi applicet, vt assentiatur, vt conetur nutu aliquo sibi fauorem Dei conciliare. Id enim vniuersa Scriptura & experientia omnium piorum negat: cum massa cordis humani sit mala, & nihil fingat nisi malum, voluntas repugnet Legi Dei, inimicitiam aduersus Deum gerat, imò cor sit planè peruersum & inscrutabilis malitia eius, Gene: 6. 8. Rom: 7. 8. Ierem: 17. Ac ex corde tanq; ex fonte omnis mali, non prodeant nisi mala, Matth: 15. Sed potius luctatur cum gratia, quam auersatur & pugnat cum Deo, cuius iudicium

iudicium odit, ac cuius verbo se opponit: tantum abest, vt aliquid boni conetur, vt nutu suo Deum sibi propitium ac fauentem reddere cogitet, vt etiam contra Deum militet.

Vnde enim esset lucta in corde conuertendi & conuersi Hominis, si cor luctaretur cum suis prauis motibus, & Spiritui sancto saltem languide assentiretur, conaretur aliquid, & aliquo modo annueret. Iam euidentissime constat, inde exoriri luctam aduersus Spiritus sancti operationem, quod Voluntas nec possit nec velit assentiri, applicare sibi beneficia Christi, annuere, desiderare gratiam, imò respuat & reñciat, nec vnquam fieret Conuersio, nisi Spiritus sanctus eam cohiberet, mortificaret ac reprimeret, & quasi iniecto freno compesceret, creando, donando, & restituendo homini conuertendo, nouam & gratis donatam Voluntatem seu fidem, seu Assensum luctantem cum peruersis cordis motibus, ita, vt lucta sit non voluntatis Adamicæ, sed Fidei creatæ & donatæ à Spiritu sancto per ministerium Euangelij & Sacramentorum, quæ fides luctatur aduersus voluntatem Adamicam reliquam post lapsum (& quidem luctari etiam debet, si est vera fides, vt crescat pœnitentia, iustificatio, cum ea non sit momentanea, sed continua, ac durare debeat, donec Spiritus hos regit artus, & amissa hac fide luctante, quod fit per lapsus contra conscientiam, non amplius sumus in gratia) ac compescit eam. Quamuis hæc omnia in magna ac tristi imbecillitate fiant, sicut D. Paulus Rom: 7. conqueritur. Fateri tamen & hoc cogimur, Deum interdum ex immensa misericordia etiam secundum localem motum inscium tamen resistantem conuertere, cuius illu-

stre exemplum habemus in Paulo Act. 9. sed eo fretus nemo debet indulgere vllis peccatis, siue internis siue externis. Hoc enim esset tentare Deum.

8. Prop. 19. dicit, spiritum s. non conuertere hominem vt saxum & truncum, nihil cogitantem & agentem, sed intelligentem, sequentemq; præcedere. Considera diligenter, pie lector, hæc verba, An non synergismum manifestè sapiunt. Si enim homo in ipsa conuersione, quando iam conuertitur, aliquid cogitat & agit (spirituale scilicet) certè cooperatur spiritui sancto, nec purè passiuè conuertitur. Si spiritus sanctus præcedit intelligentem in ipso actu conuersionis, certè est, & non fit, intelligens, Si sequitur homo præcedentem in conuersione, certè non fit, sed est sequens in ipso conuersionis actu. An non Lutheri purè passiuè hîc reijcitur?

sic in Disputatione falsa interserendo multifariam colludit cum impijs doctoribus.

9. Neq; Inuectiua vsq; adeò pura est, etsi ibi sedulo occultetur venenum. Nam B. 3. tribuit carni tantum infirmitatem, cui flamma diuina repugnet, & statim confirmationis loco citat illud Paul. Ro. 8. spiritus opitulatur nostræ infirmitati, Sic instar Victorini intelligit Pauli verba de infirmitate carnis contra manifestum textum, & carni attribuit aliquam synergiam, siquidem dicit Deum opitulari eius infirmitati. Obserua hîc Vulpeculam astutè admodum aspergentem Fermentum Synergisticum, vt non nihil blanditur vis coniuuratis.

In

In eadem Inuectiua B. I. fac. 2. affirmat, se Modum agendi opponere ijs, qui INSVLSE nō modò vim & facultatem conuertendi: sed ipsam etiam substantiam cordis & voluntatis homini eripiunt. Cum aduerbiū INSVLSE adijciat & præponat vtrique membro, certè aliter intelligi non potest, neq; aliud verba sonant & significant, quàm quòd Modum agendi etiam ijs opponat, qui insulse Homini eripiunt facultatem conuertendi, aut, quòd sentiat, homini insulse eripi vim & facultatem conuertendi. Iudicent de eo omnes boni saltem Grammaticam mediocriter callentes. Sic iterum Stosselius gratificatur Synergistis, qui Modum agendi ideò docet, vt tribuat homini Vim & facultatem conuertendi. Nemo dicat nobis, vocem INSVLSE ex incuria sic vtrique membro additam & præpositam esse. Nobis enim non est verisimile, tam eruditum Doctorem, qui vniuersam κηλοπαίδειαν ad vnguem didicit, tam pueriliter hallucinari, & quidem in Disputatione & Apologia, vbi omnia accuratissimè dicuntur.

Sed hinc tragicè exclamat: cauillum, cauillum: σοφισμανία, σοφισμανία: Facile est vuculas quasdam contorquere & deprauare, mox etiam consequentias violentas attexere: Ambigui dicti explicationem ab ipso autore flagitandam esse, præsertim cum propositiones ὁμιλίαις causa scriptæ sint. Item, Consequentia perhibeant testimonium præcedentibus verbis. Item, Oportet secundum plura intelligi pauciora. Itē, iudicium, iuxta Pauli præceptum, non præcipitandum esse &c.

Adi.

Ad has vociferationes respondemus, Nos minime cauillari aut Sophisticari, sed accipere verba ita ut sonant & significant. Excitare certe non est viuificare aut regenerare. Amplecti verbum certe non est psychicus aut hypocriticus auditus, sed cordis ardens affectus. Clare certe Stosselius affirmat, Modum agendi idem esse quod Assensum, Idem etiam esse quod Liberum arbitrium. Certe sine distinctione negat, Spiritum sanctum agere in hostiliter furentes & frementes. Opitulari carni, certe non est occidere carnem &c. An vocus quasdam contorqueamus & depraueamus, mox etiam consequentias violentas atroxamur, pio & candido Lectori iudicandum relinquimus. Est ne hoc violentas consequentias contexere, quando sic argumentamur? Stosselius numerat assensum inter externa exercitia, per quæ Spiritus sanctus datur: Ergo asserit, assensum seu vim assentiendi posse esse ante Spiritus sancti operationem. Item, Stosselius dicit, Assensum concurrere in applicatione conuersionis, Ergo affirmat, assensum posse esse in natura psychica & ante conuersionem. Item, Stosselius indistincte negat, Spiritum sanctum agere in hostiliter furentes & frementes, Ergo asserit, hominem sua natura posse non hostiliter repugnare Deo conuertenti. Item, Stosselius intelligit locum Pauli, Rom: 8. Deus opitulatur nostræ imbecillitati: de Carnis imbecillitate. Ergo tribuit aliquam Synergiam Carni, cum Deus ei, iuxta Stosselij & Victorini deprauationem, opituletur.

Esto sane, quædam dicta esse ambigua, & per se commodam interpretationem admittere: tamen in hoc casu, vbi data opera & de industria ponuntur & quidem

quidem in Formulis Concordiæ, Disputationibus, in
Apologijs, & in Controuersijs, in quibus in primis ac
curatissimè & sine omni ambiguitate loquendum est,
Vbi etiam Stosselius hoc vnicè agit, vt falsa doctrina
falsi doctoris defendatur & pallietur: p̄ij verò & syn
ceri doctores deformentur & exagitentur, iustissimè
sequimur Iuris peritorum Regulam: Verba ambigüe
loquentis, quando potuit clarius dicere, sunt contra
ipsum interpretanda. Non igitur est quòd nobis og
ganniat Stosselius, à se flagitandam esse ambigüe di
ctorum explicationem, ipsius potius est, peccatum,
quod suis ^{κρυβείοις} perpetravit, & adhuc (siquidem ty
pis euulgata sunt) perpetrat, agnoscere, reuocare &
culpam depræcari, nisi velit in æternum perire.

Dictum Augustini: consequentia perhibeant te
stimonium præcedentibus. Item illud Tertulliani: o
portet secundum plura accipi pauciora, huc minimè
quadrant. Nam loquuntur de talibus ambigüe dictis,
quæ obiter & extra controuersiam imprudenter ex
ciderunt ijs, qui aliàs rectè sentiunt & docent, nec de
vlla falsa doctrina suspecti sunt, neq; etiam cum im
pijs doctoribus colludunt. Talibus condonandum
est, si quæ dicta minus commoda ipsis exciderunt,
suntq; commoda interpretatione iuxta eorum synce
ram & perpetuam doctrinam excusandi. Stosselio
opponimus aliud Augustini dictum, vbi de suis An
tagonistis sic inquit: sine scrupulo hæc arriperen
tur, si non ab istis, quorum sensus notus est, diceren
tur. Idem nos de Stosselij ambigüe dictis verè dici
mus. Nisi stosselius colluderet cum impijs docto
ribus, neq; eis patrocinaretur: nisi Cainico odio per
sequeretur rectè sentientes & docentes: nisi etiam su
K is Apo

is Apologijs & Disputationibus subindè de industria
aspergeret Antilogias & falsas sententias &c. sine
scrupulo arriperemus quædam eius ambiguè dicta.

In suspectorum Scriptis, & in Formulis Concor-
diæ, ubi cum falsis & suspectis Doctoribus nobis ne-
gocium aut transigendum est, nunquam satis oculati
esse possumus, Sed accuratissimè advertere debemus,
num vel vocula aliqua interseratur, quæ in falsam
sententiam flecti possit: num etiam aliqua vocula o-
mittatur, quæ ommissa noceat Veritati, aut impios con-
firmet. Non hoc est nodum in scirpo querere, aut præ-
cipitare iudicium, quod nobis Stosselius ex Paulo ob-
ijcit, sed est obtemperare Mandato Christi, dicentis:
Estote prudentes sicut serpentes. Matth. 10. Item, No-
li facile te ipsum credere homini Eccles. 6. Item, Qui-
citò credit leuis corde. Ibid. cap. 9. Item, Non omni ver-
bo credas. Ibid. Item Deposita custodi, de vitans pro-
fanas vocum nouitates, 1. Timo. 6. Item, Retine For-
mam sanorum verborum 2. Timot. 1.

Formula Concordiæ, quæ in Syrmienti Synodo pro-
ponebatur certè multò syncerior erat Declaratione
Victorini & Inuectiuis Stosselij, tam crassus & conspi-
cuis Cothurnus minimè erat. Disertè namq; fatetur,
Christum vnigenitum Dei Filium esse, ex eo ante secu-
la genitum, Deum ex Deo, Lumē de lumine. Retinet
etiam Trinitatem. Omittit quidem & reijcit vocem
ὁμοούσιος, ita tamen, vt dissimulata vera causa reiectio-
nis fingat & prætendat causas admodum speciosas,
quòd scilicet dicta vox nō reperiatur in sacris literis,
quòd illa hominum intellectum excedant, & quòd ne-
mo possit generationem Filij enarrare. Damnavit in-
super ea ipsa Synodus Photinum, Christ idiuitatem.

Re. 67

negantē, vt nihil mali de illa Synodo suspicari potuiffes: Tamen Formula tantum propter omissionē & reiectionem vocis *ὁμοούσιος* ab omnibus p̄ijs & intelligentibus adhuc hodiē improbatur & reijcitur. Osius verò Cordubensis, qui eam coactus verberibus sua subscriptione comprobauit, adhuc hodiē male audit, & imprudentiæ & leuitatis ab omnib: p̄ijs & intelligentib9 accusatur. Multo magis nos piē facimus, qui ea, q̄ fortiter sonant pro Synergistis, reijcimus, nec mouemur, quòd interdum valde seriò confiteri videtur Stoffelius veram de lib. arb. doctrinam, & nihil minus fecisse videri vult quàm negasse Lutheri Purè Passiuē.

Nos meritò non habemus ei fidem. Cur enim non semper & vbicq; ita loquitur? Cur ponit Antilogias? Si seriò credit, solum Spiritum S. per verbum & Sacramenta in homine operari conuersionem sine omni Psychici hominis cooperatione, quid opus fuit dicere, Modum agendi (quē in proxima Inuectiua libero arbitrio æqui parat) & Assensum concurrere in applicatione conuersionis, & alia Synergismum redolentia? si contra Enthusiastas & Suenckfeldistas disputat, cur non utitur verbis significantibus, proprijs, perspicuis, & iam antea in Ecclesia vsitatis? Cur utitur Formulis, quibus neq; Scriptura, neque vllus Orthodoxus vnquam in ea re explicanda vsus est, & quæ longè aliud significant? Cur non iuxta Pauli præceptum, retinet Formam Sanorum verborum?

Neq; hīc audiendus est Stoffelius nobis obstrepens, de Vocabulis non rixandum aut contentendum esse: Rebus enim intellectis de verborum vsu faciliē inter bonos concordiam sanciri posse.

K 2

Est

Est hæc vetus cantilena eorum, qui Certaminum & bellorum Domini pertæsi, Christum & Belial, talibus Formulis, quæ Veritatis hostes non offendant nimis, libenter conciliant. Cum olim abijcerentur Orthodoxorum voces *ὁμοίας* & *ὁμόσσις* idem planè dicebatur, quod nunc Stoffelius dicit: Non erat, (inquit Historia *μιμητικῶς*) curæ Episcopis de Vocabulo, cū sensus esset in tuto. Verum tali modo nō sancitur Concordia inter bonos, sed cum malis colluditur, *du geschmet diges Menlin*, Obsecramus pium & candidum Lectorem, vt non grauetur legere Lutheri censuram de aliquot Erasmi & alijs omnibus ambigūe dictis, 2. Tomo V. Vitebergensi fol: 525. ibi videbit etiam Stoffelium aptissimè confutari.

Quod autem Stoffelius dicit, Propositiones de spiritu s. *ὁμιλίαις* causa euulgatas esse, impudens mendacium est. Nusquam enim hoc dicunt Propositiones. Assertiue ponuntur omnia, & quidem ita, vt affirmet, illas Propositiones complecti summam Doctrinæ ipsius de Spiritu s. & de duobus articulis hoc tempore controuersis, & sanctè obtestetur Lectores, vt ex illis Propositionibus iudicium faciant de ipsius Doctrina. Hoc certè non est conferre, sed firmiter asserere & statuere. Præterea statim in exordio Inuectiuæ dicit, se nihil minus, cum Propositiones ederet, expectasse quàm fore, vt in posterum ab exteris in Examen aut disceptationem vocarētur, cum in eis ipsius Collegis & alijs pietate & eruditione præstātibus satisfactum sit. Si non expectauit earum examen, neq; de eis disceptationē, quomodo *ὁμιλίαις* causa edere eas potuit?

11. Huc etiam pertinet, quòd iam contra suam pristinam & veram sententiam & doctrinam ponit & asserit.

rit Antinomicam definitionem Euangelij, quòd illud sit etiam prædicatio pænitentiae, inuitet & vocet ad pœnitentiam. Vide prop. 68. & 69. in mense Iulio, Anni 1564. lenæ disputatas, vt scilicet gratum faciat suis coniuratis, Victorino & Hugelio, docentibus & sentiētibus Peccatum incredulitatis in Christum non per Legē, sed per Euangelium propriè sic dictum, argui, & sic Euangelium etiam esse concionem pœnitentiae. Quàm autem hæc doctrina verè sit Antinomica & contritis conscientijs perniciosissima, præter sacras literas, Confessionem Augustanam, Apologiam, Smalcaldicos articulos, Librum Confutationum & Catechismum, docet etiam grauius Stosselius ipse, in quadam Apologia Victorino & Hugelio germanicè opposita, ad quam modò Lectorem breuitatis causa remittimus. Inueniet eam Lector statim post Disputationem Vinariensem posterioris editionis.

N.B.

Sic multis demonstrauius, Stosselium etiam suis ipsius scriptis, falsa passim interferendo, colludere cum impijs Doctoribus, vt vt aliàs rectissimè sentire & docere videri velit. Conclusionis loco addemus adhuc vnum.

Subindè fatetur, se inter cætera nostrarum Ecclesiarum autentica scripta, etiam Librum Confutationum Illustriss: Principum Saxoniae fratrum amplecti. At nos valdè veremur, proficisci talem eius Confessionem ex animo nimis Hypocritico. Scimus, suspicionem cæcam, imò etiam peccatum esse, quando tantum ex imaginatione aliqua praua sine certa ratione concipitur. Quid autem, si nitatur grauib; causis,

H 3

num

num etiam tum cæcam & peccatum esse dixeris, candide lector? Aperiemus suspicionis nostræ causas, & permittemus tibi de eis iudicium.

1. Sunt inter nos, qui anno 1558. cum Vinarix in quadam Synodo de Confutationibus conscribendis & euulgandis ageretur, suis oculis viderunt, & suis auribus audiuerunt, quàm initio abhorruerit Stosselius cum quibusdam alijs, à tam sancto & necessario labore, ac nisi Principis autoritate & voluntate fuisset inductus, haud manum admouisset.

2. Eo tempore, quo Strigelius adhuc captius tenebatur, lenæ rumor erat, Stosselium cuidam expostulanti & interroganti, cur se Confutationes defendendo tantopere opponeret Strigelio, respondisse: se quidquid huius facere, facere inuitum, in obsequium Principis, cuius autoritatem defugere non posset. Cumq; Dominus Balthasarus VVinter piæ memoriæ, de isto rumore per literas Stosselio significasset, respondit nec affirmatiuè nec negatiuè.

3. Cum iam Stosselius, exautorato & mortuo Domino Balthasaro, lenæ Pastorẽ animarum ageret, ordinandi non obstringebantur amplius ad Librum Confutationum. Sicut antea sub D. Musæo & Domino Balthasaro fiebat, ita, vt iunior Misenus coram aliquibus Deo gratias egerit de eo, quod non deuenisset ad Ministerium eo tempore, quo adhuc ab Ordinandis exigebatur comprobatio Confutationum, vt supra quoq; narrauimus.

4. Cum ego Alexius Bresnicerus Visitatoribus dicerem, me Confutationes semel probatas & acceptas pro virili contra Aduersarios defensurum esse, ibi quidam politicus Stosselio in aurem dicebat hæc verba

Joh

Ich wolt gerne sehen / wie er jette wort in den Confu-
tationibus / wider die Aduersarios wolte erhalten. De-
quibus verbis locutus sit, equidem scire non possum,
liquidò tamen inde apparet, ipsos antea de aliquibus
in Libro Confutationum, quæ defendi nequeant, col-
locutos esse. Paulo post Cancellarius Pontanus, pro
suo more tumultuans, erumpebat in hæc verba: Was
Confutationes: Mein G. Fürst vnd H. ist mit den Con-
futationibus / durch vnruhige Köpffe verleitet wor-
den. Item, in Gotana Visitatione aut potius vastatione
idem politicus (quem modò diximus, Stosselio in au-
rem dixisse de aliquibus quæ defendi nequeant) ad
multos Pastores aperte & plenis buccis dixit: Ja lies-
ben Herrn/weren die Confutationes nicht heraus / sie
kemen nu niemermehr heraus. Hæc omnia Stosselius
& Maximilianus assidentes audiuerunt, & ad ea ma-
gis quam rana Seriphiaæ muti fuerunt, etiã interroga-
ti à quibusdam Pastoribus, quomodo ferre & suo si-
lentio probare possent vituperationem Confutatio-
num quarum ipsi & approbatores & partim autho-
res antea fuissent.

5. Illos ipsos Corruptelistas, qui in libro Confutatio-
num refutati sunt, iam in Disputatione de Spiritu San-
cto & in Inuectiua affirmat innocentes, iniuste & cru-
deliter falsæ doctrinæ insimulatos esse. Hinc certè se-
quitur, Stosselium pro mendacijs habere ea, quibus
Corruptelista in Libro refutati sunt.

6. Stosselius ipso opere reiicit Librum Confutatio-
num, dum asserit, Liberum Arbitrium valere capere
salutem & ecclestia dona spiritus sancti, id quod li-
ber Confutationum fol. 12. aperte & disertè negat, vbi
dicit, neminem esse idoneum ad audiendum vtiliter
Euangelium & capiendam opulentiam Christi & c.

7. Multi sunt in Factione Stosseliana, qui Librum Confutationum oderunt canepius & angue. Hos nihilominus Stosselius amanter, fraternè & ciuilitè admodum fouet & amplectitur, quin etiam, vt supra dictum est, Cœna Domini pascit, sed ad iudicium.

Hæ sunt causæ, quæ nos mouent, vt suspicemur & propemodum statuamus, Stosselium non seriò loqui, quando dicit, se non discessisse à sententia in libro Confutationum comprehensa. Quare ignoscat nobis Dominus Doctor Stosselius, si quando legimus aut recordamur illius assertionis de Confutationibus, vt sic cogitemus, & intra nos dicamus: Tu valdè parcis Veritati, ne scilicet nimio vsu, iuxta illam rustici faciem absumatur, vel aliquod eius vigori decedat.

QVARTA DEMONSTRATIO.

Sicut Stosselius cum Adiaphoristis, Maioristis & Synergistis colludit, ipsos pro Ciuibus habendo, Doctrinã comprobando & palliando, eorumq; Fermentum suis scriptis subindè admiscendo: Ita etiam cum eis colludit, Synceros Doctores persequendo.

Obiuxè & miris technis iam multos annos dant operam Corruptelistæ, vt synceri Doctores, corruptelis constanter contradicentes eijciantur, non solum ex his regionibus, sed etiam è totius Romani Imperij limitibus. Et sanè successit eis iste conatus non parum hætenus. Eò n. dementiæ & impietatis peruenerunt pleræq; Aulæ, vt sibi inuicem acclament, druckt ihr dort/wir wollen hie drucken/ iuxta illud: Astiterunt Reges

Reges terræ, & Principes cōuenerunt in vnum aduersus Dominū & Christum eius. Quid interea facit Stoffelius. Egregiè profectò & gnauiter iuuat Corruptelistarum partes. Non est illi satis, Synceros doctores quibus ipse hanc laudem, quod rectè doceant, aliquoties tū in Visitatione tū aliās tribuit, è suis nidulis cum vxoribus & paruis liberis in media hyeme, artibus verè Sinonij excussisse, ad extremam paupertatem redegisse. Insuper etiam hoc iam addit, vt instiget omnes, qui nobis hospitium præbēt, ne nos amplius ferant. Huc etiam tendunt tot virulentissima conuitia, totq; impudentissima mendacia, quibus nos iniuste expulsos ita proscindit & traducit apud omnes, ne recipiamur & retineamur ab vllis. Idq; ob eam solam causam, quòd non sicut ipse cum Corruptelists colludere volumus. O persecutorem plusq; Cainicum. Nihilominus gloriatur, se omnia studia sua Deo consecrasset.

Domínus noster Iesus Christus. Ioh. 13. dicens: “
In hoc cognoscent omnes, quòd mei discipuli estis, si “
charitatē habueritis inter Nos: ponit certissimam votam, qua veri Christi discipuli agnoscantur, nempe mutuum Amorem. Cum autem Stoffelius Synceros doctores Cainico odio persequatur, conf. quitur certè, cum nō esse Christi sed potius Satanae Discipulum, Huic, non Deo, sua consecrasset studia. Audi Stoffeli, Nisi pœnitentiam maturè & seriò egeris, requiratur à te omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram à sanguine Abel iusti.

Fortè hīc inquis. Non ego, sed aliī exturbarunt D. Balthasarum, Theologos & Vos. Id perindè est, ac si cum Principe sacerdotum Act. 5. dicas: Vultis super

per nos inducere sanguinem istius hominis. Si discipulus Christi esses, si gloriae Christi, Ecclesiae, & syncerae doctrinae propagatione & conseruatione verè afficereris, si Corruptelas ex animo odisses, si denique à Scandalis & impiorum confirmatione abhorreres, vti decet Christi Discipulum, ne minimo quidem verbo, aut nutu, aut etiam consensu adiuuisses Syncerorum doctorum persecutionē, sed pro virili etiam cum vitæ periculo restitisses, cum talis Persecutio tēdat ad Dei ignominiam, Veritatis oppressionem, tripudium & confirmationem Impiorum, Contristationem spiritus Sancti in piorum cordibus, ad subuertendos denique & scandalizandos imbecilliores Christi fideles.

Num putas, ad te non pertinere, quæ Gen. 4. ad Cain dicuntur? Aequè certè, ac ad Cain, ad te dicit Dominus. Stoffeli, vbi sunt fratres tui, quorum Doctrinam & Vitam ne in minimo quidē meritò culpare potuisti? Hic tu respondes: Equidem nescio, Num ego debui aut potui impedire, quò minus persecutionē parterentur, agas cum Principe de ea re. Dicit tibi Dominus: Stoffeli, quid fecisti? Exilium, gemitus, miseriam & mortes fratrum tuorum, & perturbatio Ecclesiarum Thuringicarum clamāt ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris &c. Meritò & seriò hæc tibi sic applicamus, & quidem multò rectius, comodiùs, verius, dexterius, quam tu verba sancti Patriarchæ Iacob de Simeone & Leui in nos & Dom: Illyricum contorsisti. Scimus enim te Caino similitimum esse, quàm immanibus Persecutoribus gratificaris, vt vt alias sentias & doceas. Iudæ Ischariot nihil profuit, quòd rectè sensit & docuit, cum in persequendo Christo porrigeret manus occisoribus eius. Si non peccas ad mortem, det tibi Dominus, vt tantum peccatum agnoscas, in fide depreceris, & saluus fias, Amen. Deo

Demonstrauimus D. Stosselium tantopere colludere cum Adiaphoristis & alijs fanaticis, ut maiorem in modum non possit. Neq; n. si aperte & ex professo veræ doctrinæ contradiceret, recte colludere, sed verius pedibus in ipsorum sententiam ire diceretur.

Assumpturus autem nostra argumēta Stosseli, noli crimen falsi committere, sicut Mansfeldesium argumenta recitans sceleratè facis. Non quidem valde eruditè, sed tamen piè, candidè, bono p. Dei gratiam Zelo, nudè, simpliciter, & sine inuolucris sic argumentamur:

Quicumq; Doctor Ecclesiæ colludit cum Pseudodoctoribus, ille non Deo consecrat sua studia & actiones, sed comunicat infructuosos operibus tenebrarum.

Stosselius colludit cum pseudodoctoribus: Ergo &c.

Minorem probamus his. 4. argumentis. Quicumq; affectat amicitiam pseudodoctorum, ille certè colludit cum ipsis. Stosselius affectat amicitiam Adiaphoristarum, Maioristarum, Synergistarum, qui sunt pseudodoctores. Ergo etc. Quicumq; approbat, palliat & promouet falsa pseudodoctorum Dogmata, ille nimis colludit cum eis, quibuscunq; etiã vtatur pallijs.

Stosselius approbat, palliat & promouet Synergisticam Declarationē Victorini Synergistæ. Ergo &c.

De pallijs, quibus vtitur, quàm illa minimè saluent Victorini Declarationem, & potius peccatum duplicent, abundè diximus.

Quicumq; in gratiã pseudodoctorum suis Scriptis subindè aspergit, falsam doctrinã pseudodoctorum, ille magnopere colludit cum ipsis. Stosselius subindè aspergit suis scriptis Synergismum redolētia. Ergo &c.

Quicumq; pseudodoctores iuuat in persecuendis pijs & Synceris doctoribus, ille maximè colludit cum eis. Stosselius hoc gnauiter præstat. Ergo etc.

I.

II.

III.

III.

Si hæc argumenta rectè solueris, Stosseli, eris no-
bis magnus Apollo.
Nunc quò in loco habendus, aut vtri cœtui annu-
merandus sit iste, pijs æstimādum offerimus. Si is, qui
quidem rectè sentit & docet, & tamen aduersarios ve-
ræ doctrinæ non adoritur, verum pacificè in genere
docet, quid credendum aut non credendum, quid fa-
ciendum aut non faciendum sit, aduersarios veritatis
quantumuis Vineam Domini deuaſtent, missos faci-
ens, pro Christi Hoste habetur, iuxta dicta Christi:
Qui non mecum est, contra me est, Qui non mecum
colligit, dispergit, Imò etiam iuxta leges Ethnicas, Si-
cut Stosselius pro sua absoluta eruditione scit, Athe-
nis legem fuisse, vt is, qui exorto intestino aut civili
bello neutralis esset, pro hoste haberetur: Multò cer-
tè magis D. Stosselius, qui se opere & voce multifa-
riam Veritatis hostibus associat, non fidus ciuis, sed no-
centissimus hostis veræ Ecclesiæ est, iuxta illud: Ne-
mo potest duobus dominis seruire, aut etiam hunc
odio habebit & alterum diligit, aut huic adhærebit
& alterum negliget. Hinc Bernhardus rectè inquit:
Plus longè nocet falsus Catholicus, quàm si verus ap-
pareat Hæreticus. Et Lutherus dicere solitus est: Ma-
li sunt Tyrāni, peiores Hæretici, pessimi Falsi fratres.
Siquidem igitur nobis (qui Dei beneficio ipsius eti-
am Stosselij testimonio syncerè docemus & propter
hanc solam causam, quòd ambigüe & flexiloqua For-
mulæ subscribere detraçtamus, persecutionem pati-
mur, quicq; firmiter credimus & certi sumus, nos Ver-
ræ Ecclesiæ ciues & membra esse) annumerari mi-
nimè vult: fiat sanè iuxta ipsius voluntatem, & annu-
meretur suis coniuratis Adiaphoristis, Maioribus &
Syncretis

Synergistis, cum quibus, vt supra etiam ipsius verbis
diximus, coram Deo obominatio est, iudicium porta
bit, & horribiliter suo tempore punietur,
nisi veram pænitentiam ma
ture egerit.

TERTIA PARS.



BREVITER IN PRIMA
Parte Historiam Certaminum & A
ctionum Turingicarum, simul etiam
Causas nostri Exilij attigimus. Mul
ta autem de industria præterimus,
quæ aliàs, si res ita postulauerit, satis
copiose à nobis narrabuntur. Deinde in altera parte
euicimus, Ioannem Stosselium multipliciter collude
re cum Aduersarijs & Corruptelists, Ideoq; pro Ad
uersario & Persecutore Euangelicæ veritatis habèn
dum esse. Iam, sicut in fronte Scripti promisimus, ad
Calumnias respondebimus. Nec in hac parte erimus
longiores, ne fortè studium contentionis alere, aut Sy
cophantæ criminationes magnificere videamur. Si
cut enim ille didicit maledicere, ita nos, freti iusta Cau
sa & optima conscientia, didicimus Maledicta con
temnere. Nam, conscia mens recti famæ mendacia ri
det.

Verè ac grauicè Calumniatorem depingit Epi
stola Diui Iacobi, cum dicit: Calumniatoris linguam
ab igne Gehennæ inflammata esse. Et Psalmus 47.

L 3

Filij

66 Filij hominum, inquit, sunt flammæ, dentes eorum lan-
ceæ & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Ta-
lem igne Gehennæ inflammata linguam, & maledi-
centissimi Calumniatoris naturam, ingenium & to-
tum artificium re ipsa exprimit vnus Stosselius. Cui
us tanta est detrectandi cupiditas & studium, vt arte
& peculiari consilio multorum hominum & multo-
rum annorum Conuitia, quibus iam olim nos alij con-
spurcarunt, in vnum aceruum congerere, eaq; vno fla-
tu euomere voluerit, ac, si fieri posset, calumnijs nos ex-
necaret. Sicut certè est, teste Salomone, valdè penetra-
bile telum Calumniâ. Et, de Ptolomæo Macrone scrip-
tum extat, quòd Contumeliæ insolens venenum præ-
mœrore hauserit. Adeoq; nihil ad summam maledi-
centiam reliquum facit, vt singula ferè Inuectiue Ver-
ba sint fulmina, tonitrua, lanceæ, sagittæ, gladij, cuspi-
des, tela & iacula mortifera, igne Gehennæ accensa.
Etsi autem speramus, omnes pios & Veritatis a-
mantes minimè probaturos hominis rabiosi acerbita-
tè, Quin imò experimur, Stosselium muliebribus, isti-
& scurrilibus Criminationibus etiamnum apud ple-
rosq; sui theatri applausores malam gratiam inisse,
et eo ipso quòd nos deformare & omnibus exosos
reddere nititur, mirabili planè ac iusto Dei iudicio ip-
se grauissimæ culpæ suspicionem incurrit, iuxta illud
Senecæ: Multi, cum alijs maledicunt, sibi ipsis conui-
cium faciunt: Tamen Ecclesiæ necessitas, & nostri Of-
ficij, priorumq; Actionum & Confessionum ratio exi-
git, vt in primis Doctrinam nostram & Veritatem, ab
iniuria vindicemus, & Calumniâ aspersam modesta
Confutatione abstergamus. Quare non dubitamus
quin pius Lector etiã in hac parte de nostro Responso
candidè sit iudicaturus. Priusq;

Prius quæ tamen ad Calumniarum Confutationem
accedamus, operæ precium videbitur, si quædam præ-
mittamus de allegatis Stoffelij. Nam præter Philoso-
phica dicta & commenta ex Thucidide, Aristopha-
ne, Ptolomæo, & alijs similibus Philosophotheologo-
rum Patriarchis ac Prophetis sumpta, etiam ex Bib-
lijs quædam profert, & Sacra miscet Prophanis, Ne-
scilicet tantus Doctor, omnibus numeris absolutissi-
mus, videatur ea prorsus aut ignorare, aut in sua cau-
sa destitui Scripturæ suffragijs. Sed qua fide & cando-
re citet Diuina testimonia, id nobis venit consideran-
dum. Igitur non grauabimur paucis ostendere, quæ in-
conuenienter & perperam alleget Sacræ Scripturæ
dicta & Historias. Vnde palam fiet, Stoffelium esse
præuaricatore, & Mandata Dei post tergum reijce-
re, atque foedissime abuti nomine Dei, tantum ut nobis
ægrè faciat, & impietatis operculum habeat.

In fronte Pulchelli sui operis, primo loco ponit il-
lud. I. Corinth. 4. Ego verò nihili facio à vobis iudica-
ri &c. Vtrum Stoffelius præcedentia verba (nihil mihi
consciens sum) sciens ac prudens, an verò fortuito non
inspecto textu, nimirum suo ingenio confusus, omise-
rit, parum refert, probabilius tamen est, ipsum consci-
entiæ semulo perculsum, illa Verba sponte duitasse.
Ex textu satis apparet, quomodo illud dictum sit in-
telligendum, videlicet, de iudicio Personali, quo Co-
rinthiorum alius Paulum alius Petrum præferebant.
Stoffelius autem ad iudicium Doctrinæ trahit, & ita
hoc dictum satis crasse deprauat. Longè enim aliter
sentiendum est, de personæ donis & operibus, in quâ in-
firmitas cadit, quæ de ipsa Doctrina, quæ pura & sine fer-
mento esse debet, Et, sicut iudicium de psona nō temerè
ferri

ferri debet, Multa enim dissimulationum inuolucris te-
guntur: ita certè Doctrinæ iudicium omnibus pñs,
qui errores vitare volunt, conceditur, imò præcipi-
tur, vt sedulò caueamus à Pseudoprophetis. Matth. 7.

1. Corinth. 14 Et Paulus in hoc dicto non tollit quæ infrà dicit: vñ
Act. 20. Phi. nus loquatur, cæteri dijudicent. Item alibi: Cauete lu-
p. pos & canes.

Ideò statim post Titulum rectè Stoffelio vicissim
opponimus Pauli ex eadem epistola dictum: Spiritua-
lis dijudicat quidem omnia, ipse verò à nemine dijudi-
catur.

Alterum dictū in frontispicio positum, ex Prophe-
ta desumit, Sed nihil facit ad rē, & tantum ostentationis
causa adducitur, vt incautis fucum faciat. Nam hæc
Esaiæ. 9. verba: deuorare carnem brachij sui, de externis dissi-
dijs & bellis dicuntur. Nec rectè in eos competunt,
qui Errores Sacramentariorum, Adiaphoristarum,
Maioristarum, Synergistarum & Antinomorum gra-
uiter ex verbo Dei confutāt, & constanter damnant.
Si enim iudicare de Doctrina & contradicere Secta-
rijs, est carnem brachij deuorare, tunc Prophetæ,
Christus & Apostoli, arguentes & damnantes falsa
dogmata, Idolorum cultus, & Phariseorum Hypo-
crisin, maximè deuorarunt carnem brachij sui. Atq;
ipse Stoffelius VVormaciæ & aliàs Corruptelistas ta-
xans, quibus cum nunc colludit, olim valdè duriter
eos arrosit ac deuorauit, & Strigelium captiuum sæ-
pius absorbere ac deglutire voluit.

Quare nulla probatione eget, Si Stoffelius iustas
ac necessarias reprehensiones Sectariorum, σαρκοφαγία
nominat, quod iudicium de Doctrina aut omninò
tollat

tollat, aut sibi & suis coniuratis Dominationem & potestatem rapiat solus, exemplo Romani Pontificis, quiduis pro arbitrio in Ecclesia statuendi, cui sub pœna anathematis & expulsionis contradicere nemini tutum sit. Id quod Turingica Visitatio & Persecutio satis ostendit. Deinde præceptum Pauli: Peccantes coram omnibus argue, Item, Argue oportune, importune, ex Ecclesia exploditur, amplissima fenestra Papistis & Sectarijs aperitur, horribilis licentia & petulantia spargendi & sequendi falsas opiniones tam seductoribus quam seductis conceditur & confirmatur, Denique Confutationum liber hoc ipso turpiter accusatur, quasi omnem istorum Corruptelistarum, quos damnat, carnem deuorare voluerit. Ita, scilicet, Stosselius illustris: Principum Confutationes cohonestat, nec agnoscit pugnantia, nec pœnitet ipsum Vanitatis. Quamobrem ex eodem capite Esaia illi rursus opponimus dictum, in quo suis coloribus depingitur ipse: Omnis Hypocrita est nequam, & vniuersum os locutum est stultitiam. Ad eundem modum quoque reliqua dicta, quæ Stosselius allegauit, contra hominis vanitatem rectissime accommodari possunt.

Testimonia illa: Non sumus idonei &c. Animalis Homo non percipit &c. Item: Quicquid ex carne natum est, caro est &c. Omnia fortissime contra CAPACITATEM, APETITVDINEM, & MODVM AGENDI, & contra Glossas Stosselij pugnant, sicut alibi ostensum est. Tantum hoc monemus de dictis: Sapite ad modestiam. Roma. 12. Præstate in fide virtutem &c. 1. Petri. 2. Quam alieno in loco & contra se ipsum allegarit. Etenim fatemur, hæc dicta optima esse, & sicut aliàs de communi vita ista dicuntur: ita

M

on. ni

1. Timoth. 5.

2. Timoth. 4.

Esaie. 9.

2. Cor. 3.

1. Cor. 2.

Ioan. 3.

omnibus Christianis totis viribus annitendum, ut secundum illa vivant. Quia autem ad Doctrinam & Errorum reprehensiones hæc accommodat Stoffelius, profecto magnam partem nostri Ministerij enervat. Et hac ratione Paulus satis immodestus fuit, Antiochiæ Petrum arguens, quod non recto pede incederet: Baptista Stoffelio immodestior fuit, increpans Herodem, & Phariseos appellans genimina Viperarum: CHRISTVS ipse longè omnium immodestissimus iudicabitur, cum Iudæis dicit: Vos ex Patre & Diabolo estis, & desideria Patris vestri vultis facere. Ioan. 8. Et Matth. 23. vocat eos Hypocritas, similes dealbatis sepulchris, plenos iniquitatis, stultos, cæcos duces, serpentes, genimina Viperarum, & pariter omnes, octies ferit diro anathemate. Videtis nunc Domine Doctor quàm grauitè impingatis ista vestra intempestiua modestia? Maledicta igitur sit illa Modestia (ne quid dicamus acerbius) quæ in docendo & arguendo occultat Corruptelas, & seductas animas sciens ac volens in Errore & peccatis perire permittit.

Genes. 49.

Cætera quæ Stoffelius peruersè citat, breuitatis causa præterimus, hoc tantum adiicimus, quod in præcationem Iacob Patriarchæ, Genes: 49. contra Simeon & Leui, applicat Flacio & coniuratis eius. Cur non quoque eadem ratione præcedentia verba, ad Ruben primogenitum dicta, allegat: Effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile Patris tui. Verum hanc impræcationem studio occultasse & sibi reseruasse putemus. Non quidem stupratorem nouercæ & mœchum istum vocamus, sed tamen spiritualiter hæc illi applicari posse, & cum errantibus

bus & Errorum autoribus ipsum mœchari suprâ pro-
batum est. Non excusamus factum Simeon & Lea-
ni, Huius tamen posteritas ad Ministerium Verbi &
Sacrificiorum eligitur & euehitur. Sint sanè tales
Flacius, & qui cum eo sentiunt, & hoc testimonium
ab hoste maledico obtineant. Exilium & dispersio
p̄is commune malum est, sicut super persecutione
Stephani p̄i dispersi sunt, & Daniel Ecclesiam vocat
Dispersionem.

PORRO in hoc acerrimo conflictu, Apologia,
falsò sic dicta, tantummodo gladium stringit in Flacij
coniuratos. Hos vnice petit, in ipsos omisis Secta-
rijs, quibus etiam haud obscure patrocinator, omnia
tela ei aculat, vt vel sic in ijs quoq; impleatur illud
Esaie: Ecce, ego & pueri mei, quos dedit mihi Do- *Esaie. 9.*
minus in signum, & portentum Israel à Domino ex- *cc*
ercituum, qui habitat in monte Syon. Quamuis au- *cc*
tem non categoricè exprimat quos notet, quod qui-
dem facere debebat: tamen ex rebus ipsis, & sæpè ite-
rata descriptione huius Factionis, constat, Stoffelium
non solum Mansfeldicos Theologos: sed & Exules
Turingicos, & omnes alios doctrina, pietate, & Con-
fessionis constantia præstantes viros, adeoq; totum
cœtum amplexantium, & confitentium cœlestem Ve-
ritatem pariter incessere calumnijs.

Quod ad Dominum Illyricum attinet, quē huius
Factionis Duce m, alios verò manipulares & compli-
ces, vel etiam mancipia eius constituit, ipse pro se re-
spondebit, & satis euidenter demonstrabit, se ne factio-
sum nec Factionum authorē extitisse vnq̄, Sed verius

acerrimum hostem esse Factionis Pontificiæ, & omnium Hæreticorum & Sectariorum, quorum Corruptelis & Sophisticis deprauationibus Doctrinæ, si quis alius, is certè cum vitæ periculo hætenus piè resistit. Quia verò omnia illa tetra Crimina, quibus Inuectiua æquè omnes petit & lacerat, non minus nobis quàm alijs Christi Ministris per Calumniam ascribi certum est, maximè ea quæ Doctrinam, & Ministerium nostrum, & Confessionem labefactant & conuellunt, modestè repellamus.

Primum insimulat nos Inuectiua Hæreseos: Doctrinam nostram contagium esse dicit: nosque Ecclesiam Catharorum seu Nouatianorum uocat: Schismata quoque, & omnium dissidiorum ac distractionum culpam nobis falsò imputat &c. Ad hanc tam enormem Calumniam minimè nos patientes esse decet, Ne, sicut Hieronymus scribit ad Pammachium, apud eos qui ignorant innocentiam nostram, dissimulatio conscientia iudicetur, si taceamus.

HAERETICVS.

HAERETICVM iura etiam Canonica, ex sententia Augustini definiunt eum, qui alicuius temporalis commodi, maximèque vanæ gloriæ, principatusque sui gratia, falsas ac nouas opiniones vel ipse gignit, vel aliorum sequitur. Item, Qui, quid in Ecclesia Christi morbidum prauumque sapiunt, si correcti ut sanum, rectumque sapiant, resistunt contumaciter, suaque pestifera & mortifera Dogmata nolunt emendare, sed defendere persistunt, Hæretici sunt. Tales nos esse, magna sanè indiget probatione ac demonstratione.

Quidam distinguunt inter Hæreticos. Alios circa Fidei nostræ Fundamenta errare, dicunt: alios seruatim fundamentis circa alias res errare, Vt Chiliastræ qui

qui Christi Regnum in mundo mille annis duraturum
senserunt. Hi, quamuis merito dicantur: Hæretici ta-
men illi, q̄ Fundamētum evertunt, magis nocent. In ho-
rum igitur classem nos referre videtur Stoffelius, dum
nō simpliciter nos hæreseos incusat, Sed etiam appella-
tione CONTAGII, efficaces & tetros Errores in
Doctrina nobis tribuit, Nec tamē vnico verbulo Hæ-
resin aut Contagium monstrat. Hoc q̄ sit iniquum, in-
iuriosum & blasphemum, omnes p̄i intelligunt.

Certè in tam graui Accusatione, Stoffelius omni-
nō tenebatur liquidò, & quasi ad oculum monstrare
Hæresin, seu infectas partes nostræ Doctrinæ, vt con-
staret de Veritate criminis, & alij contagiosam & fer-
mentatam Doctrinam fugere possent. Quod cum mi-
nimè faciat, neq̄ in æternum facere possit, non puta-
mus quenquam in gratiam illius Doctrinam nostram
temerè repudiaturum & condemnaturum, contagio
& errore non monstrato, nec in parte neq̄ in toto.

Certum est & omnium comprobatione firmissi-
mum, eos, qui audiunt vocem Filij Dei, & consensum
Orthodoxorum consentaneum Prophetis & Aposto-
licis Scriptis, amplectuntur & custodiunt, nequa-
quam de Hæresi & falsa doctrina accusandos esse &
damnandos.

Verum nos Exules, quos Stoffelius ignominiosè
coniuratos Flacij appellat, toto pectore amplectimur
Cœlestem Doctrinam, comprehensam Scriptis Pro-
phetarum & Apostolorum, & tribus Symbolis. Et
ne qua de nobis suspicandi occasio reliqua sit, Reue-
rendis: Domini D. Martini Lutheri Catechismo, &
ipsius omniumq̄ orthodoxorum veterum & recen-
tiorum Scriptis, in quantum sunt analogæ fidei, Augu-
stanæ

stanz quoq; Confessione, Schmalkaldicis articulis,
Confutationibus illustrissimorum Saxoniae Ducum
fratrum, Confessionibus Mansfeldicarum Ecclesia-
rum, & Corpori Doctrinae quod Syntagma inscribitur,
denuo subscribimus. Praeterea sicut antea ita etiam
nunc Doctrinam de Deo, & Filio eius Domino
nostro Iesu CHRISTO, de Homine ante & post lap-
sum, de Peccato, de Seruo hominis arbitrio, de Lege
& Euangelio & Vtriusq; discrimine, de Iustitia fidei,
de Bonis operibus, de Sacramentis, & alijs necessa-
rijs rebus fidem & Christianam vitam informantibus,
Veram & inuiolatam sonamus, ac pro virili de-
fendimus: discernimus Verum a Falso, Lucem a Tene-
bris: fideliter custodimus Deposita, & refutatis Cor-
ruptelis & paradoxis, operam damus, ut coelestis Do-
ctrina sana & incorrupta ad posteros transmittatur:
firmiter insistimus Lutheri summi nostri saeculi
Theologi & Praeceptoris obseruandissimi vestigijs,
a quibus Deo iuuante & gubernante, ne latum qui-
dem unguem in hunc usq; diem discessimus, Id quod
omnes & singuli, attestante bona nostra conscientia,
constanter asseuerare non dubitamus, De quo etiam
Ecclesiae illae, quae nos aliquot annis docentes audie-
runt, si inquirantur, testimonium verum perhibebunt.
Non enim in occulto, sed publice in celeberrimis ha-
rum Regionum Ecclesijs gratam de Filio Dei vnico
nostro Salvatore & Mediatore famam sparsimus.

Qua igitur fronte, quo candore impudentissimè
Sycophanta nostram Doctrinam falsitatis & contagij
insimulat, eamq; Flacij Euangelium, seu a Flacio pro-
latum & approbatum esse dicit? O impurum os, o de-
testanda blasphemiam. Non Flacij Euangelium,
Sed

Sed cum Flacio, Luthero & Paulo CHRISTI Euangeli-
um ab ipso ex sinu Patris prolatum, purè prædi-
camus. Neq; ex cisternis Corruptelistarum, Sed
ex limpidissimis fontibus Israel, videlicet ex Propheti-
cis, Apostolicis & Lutheri Scriptis nostram Doctri-
nam hausimus.

Valde miramur hominis Maliciam & Vanita-
tem. Nam in Visitatione Turingica subinde coram
multis nostram Doctrinam ita prædicabat, vt certò
affirmaret, seipsum non aliter docere quàm nos. Et
lecta nostra Historia (Summarien Bericht) dixisse
fertur, Se quidem in Doctrina nostra nihil omnino
desiderare (Tanta est vis & energia Veritatis, vt sæ-
pe hostes nolentes volentes ei adstipulentur) iam ve-
rò totum Doctrinæ genus quod tunc profitebamus
& adhuc profitemur, contagiosum esse pronunciat,
ideòq; se ab eo abhorrere seriò affirmat.

Esto sanè, quod Doctrina nostra sit contagio-
sa (de quo tamen solenniter protestamur) Stosse-
lius autem apertè testatus sit, se eandem Doctrinam
nobiscum profiteri, consequitur ergò ipsius Doctri-
nam quoque esse contagiosam, fermentatam, Vi-
ciosam, morbidam, pestiferam, & exitialem tam
sibi quàm suis Sectatoribus. Sin verò nostra Do-
ctrina secundum prius ipsius elogium pura est, &
nihil in ea desiderari potest, Cur eam Stosselius
iam vocat contagiosam, siquidem ne apicem qui-
pem in ea mutauerimus? Apparet igitur
Stosselium nostram Doctrinam, contra suam
ipsius conscientiam & manifestam experientiam,
cantum

tantum ex animi odio & exulcerata Voluntate arro-
dere, quod est extremæ impietatis & malitiæ.

DEINDE expressè Stoffelius Catharorum &
Nouatianorum hæresin nobis affingit.

Non equidem abhorremus à Catharorum Eccle-
sia, si Nominis etymologiã spectes. Nam græca vox,
καθαρός, mundos significat. Hinc est, quod Christus
dicit, Matth. 5. μακάριοι οἱ καθαροὶ τῆ καρδίᾳ ὅτι αὐτοὶ τὸν
θεὸν ὄψονται. Et Ioan. 15. dicit discipulis: iam vos cathari
estis, propter sermonem quem locutus sum vobis.
Huic valdè consonans est germanica dictio, LV-
TER, quæ Germanis sonat purum & immaculatum:
vt Lutheranum esse idem sit iuxta germanicam
phrasin, quod catharum & purum. Tantum igitur
abest, vt Catharorum seu Lutheranorum Ecclesiam
abominemur, quin potius optemus, vt quam plurimĩ
sint Cathari & Lutherani, Non quidem nomine so-
lum, sed re ipsa verè mundi & immaculati, tam in do-
ctrina quàm morum innocentia.

Quare fato accidisse putemus, quòd Stoffelius
nolit conspici summo loco inter fulcra & columnas
huius Ecclesiæ, quæ à puritate nomen habet, Siqui-
dem iam sese adiunxerit Ecclesiæ Adiaphoristarum
& Synergistarum, quos conciuēs & socios apellat.
Quid igitur mirum, si falso Lutheranus auerfetur
Catharorum & Lutheranorum Ecclesiam, & com-
mercium habeat cum Pseudocatharis & falso Luthe-
ranis: Natura sic comparatum est, vt similis gaudeat
simili, graculus assideat graculo, Caper se coniungat
Apro, & alijs immundis animalibus. Ideoq; pulsus no-
bis, non Catharos & Lutheranos, sed Adiaphoristas,

Maio

Maioristas, Synergistas, aliosq; egregios & celebres viros in nostrum locum substituit, tantum ne inter fulcra & columnas Ecclesiae Catharorum conspiceretur.

Verum non est, quod Stoffelius tantopere abhorreat à Catharorum Ecclesia, Illi multò magis abhorrent à lasciuis & graueolentibus Hircis, & Apris frendentibus, Vineam Domini vastantibus. Tales non agnoscunt, sed ab illorum Ecclesia & societate sunt alienissimi, iuxta illud: Sit tibi Ethnicus. Et Ioel. 3. Erit Hierusalem sancta, & alieni non transibunt per eam amplius. Viderit ergo Stoffelius, ne aliquandò in extremo illo iudicio, ubi separatio fiet ouium ab hœdis, suo ipsius iudicio ad sinistram latus summi iudicis inter Capros collocetur & abijciatur.

Matth. 13.

cc

Sed omisis parergis dicamus quod res est. **CATHARORVM**, seu **NOVATIANORVM** hæresin Stoffelius nobis ascribit, qui olim à mundicie nomen habuerunt, Non quòd mundi essent, sed quòd se puros esse iactarent, & reliquos quasi impuros & peccatorum socios præ se contemnerent. Horum Secta tunc temporis vsq; ad eò iuualuerat, vt in genere ferè omnes Hæretici cœperint vocari καθάρτοι, Vnde germanica vox, **KETZER**, deriuatur, alpha mutata in ephilon, & litera θ per tz pronunciata. Hi, vt se pro mundis venditarent, eximie puritatis speciem præ se ferebant, Damnabant secundas nuptias, & pœnitentiam post acceptum Baptismum lapsis prorsus denegabant &c.

CATHARI.

Iam Actori incumbit probatio. Iure igitur à te postulamus Stoffeli, vt disertè monstres ubi, & quibus, ac quibus de causis, vnq; lapsis verè pœnitentiam

N agen.

agentibus, more Catharorum, veniam negauerimus?
Quibus viduis nuptias prohibuerimus? Nobis haud
difficile erit contrarium probare. Nam coram multis
testibus non tantum Legis concione duras ceruices
peccantium fregimus: sed & contritis firmam conso-
lationem ex Euangelio proposuimus, & tam priuata
quam publica absolutione fidem illorum obfirmaui-
mus. Præterea publicæ Pœnitentiæ ritum in nostris
Ecclesiis, cum in multis alijs concidisset, retinuimus,
& iusta sæueritate vrsimus, eo ipso quòd inter alias
causas etiam esset testimonium, lapsos, emendantes se,
recipi à Deo, & ab Ecclesia esse recipiendos. Quomo-
do ergò annumeramur Catharis, quorum Errorem
voce & publica cæremonia improbauimus, vsq; adeò
vt hanc ipsam ob causam aliqui nostrum in grauem
reprehensionem Aulæ inciderint, quasi Papisticos a-
busus in Ecclesiam reuocare præsumeremus.

Possemus equidem hac Calumnia liberari per
contrariam, quæ à quibusdam Stosselij complicibus
nobis obijcitur, quòd scilicet omissa Legis concione
immodici præcones simus Gratia: Quod tamen mul-
tò veris in ipsum Stosselium dicitur, Quia Strigelium
& πηληγιότα & pertinacissimum Synergistam, & alios
eius farinae homines, sine aliqua Veræ pœnitentiæ sig-
nificatione, absoluit, restituit, adiuuit, nec veritus est
hucusq; neq; adhuc hodiè veretur sanctum dare ca-
nibus, & margaritas proijcere ante porcos. Sed quia
neutrum concedimus donec probetur, Igitur publice
coram Deo & vniuersa Filij Dei Ecclesia protestamur,
ac iustissimè conquerimur, nos hac in parte summa in-
iuria à Stosselio affici, Et denuò ipsum prouocamus, vt
coram Ecclesia, vel in legitimo iudicio probet quod di-
cit, & nos de cõtagiola Doctrina & Catharor; Hæresi
aperte

Matth. 7.

apertè conuincat, nisi ipse perhiberi velit impostor, vir
dicax, qui Calumnijs, Sophistica & Mendacijs sanā do-
ctrinā lyceroꝝ doctorꝝ impugnat, arrodit & lacerat.

Porro sicut Stosselius Hæreseos crimen nobis per
calumniam tribuit: ita etiam SCHISMATIS culpam no-
bis assignat. Quamuis autē vocibus (Schisma & Schif-
matici) non vitur, longè tamen acrioribꝯ verbis rem
ipsam exprimit, dum nos FACTIOSOS & FACES DISSIDI-
ORVM appellat, & subinde vociferat & inculcat: nos
ad SÆVIORES DISTRACTIONES in Ecclesia CHRISTI
classicum canere: artibus Synonijs sibi exitium, & Ec-
clesijs harum Regionum DISSIPATIONEM, & sæuio-
res distractiones moliri: cōmunem hæc Ecclesiarum
CONCORDIAM TURBARE &c. Atqꝯ sic Stosselius ite-
rum grauissima Calumnia nos onerat. Nam planè im-
pium & detestandum scelꝯ committunt, qui distracti-
one facta Ecclesiæ cōmunionem dirimunt, piæ societa-
tis Vinculum dirumpunt, & bonam Ecclesiæ in Fide
Christi & Dilectione Vnitatem dissoluunt. Quod si
de nobis verè dici posset, profectò digni essemus acer-
biss: supplicio. Igitur per distinctionē ad Calumniam
hanc respondemus. Aliud, nempe, esse Schisma bo-
num: aliud malum schisma.

BONVM SCHISMA dicitur, quo scinditur Mala impro-
boꝝ Vnitas & conspiratio. Tale Schisma non turbat
Fidei & Charitatis synceritatem, sed adiuuat potius,
& conglutinat rectè sentientes, Vt sint vnum in Chri-
sto: Cōtra verò Errorum & Errantium impiam Con-
cordiā & Vnitatem scindit, ac dirumpit. Proinde non
vituperationem, sed laudem & præconium meretur.
Bonum erat Schisma, & ex ꝑho Dei subortum, quan-
do Iudæi Christi doctrinam sectantes, olim ab vnitatem
& cōmunionem Pharisa: Sadduceo: & Essæorum sepa-
rabantur.

N 2

Tali

SCHISMA
TICI.

SCHISMA

Ioan. 17.

iv. Tali schismate tempore Apostolorum totus or-
bis diuisus est. Promulgata enim Euangelij Cōcione
Iudæi à Iudæis, Gentes à Gentibus, credentes ab incre-
dulis dissidebant. Hæc dissensio erat bona, necessaria
& utilis, & Christus ipse eam ex prædicato Euange-
lio salutis euenturam esse prædicit, Matth. Io. Non
veni, inquit, pacem mittere, sed gladium, Nam veni,
vt dissidere faciam hominẽ aduersus patrem suum
&c.

Simili ratione Lutherani, quos vocant, à Ponti-
ficiorum cohorte discesserunt. Primò, quò ad Doctri-
nam. Deindè, repudiatis ac relictis eorum Idolatricis
cultibus, quamcunq; Sacrorum Ecclesiasticorum
communione quasi noxiam & damnabilem defugi-
mus, secundum seuerissimum Dei Mandatum, Apo-
cal: 18. Exite de illa populus meus, vt ne participes si-
tis delictorum eius, & de plagis eius ne accipiatis.
Quoniam peruenerunt peccata eius vsq; ad cœlum,
& recordatus est Dominus iniquitatum eius. Reddi-
te illi sicut & ipsa reddidit vobis, & duplicate duplicia
secundum opera eius &c. Hinc Lutherus vndecimo
capite Geneseos præclare dicit: Nos Dei gratia sus-
mus Sancti Apostata. Defecimus enim ab Antichri-
sto & Satanae Ecclesia, Coniunximus nos cum Filio
Dei & Vera Ecclesia, Cum hoc nos stare, & falsam
Ecclesiam oppugnare decet. Decet n. pios paria face-
re, vt, postq; Satanae Ecclesiam deseruerunt & ab ea
apostatarunt, eam odisse quoq; incipiant.

Hic si à Papistis, Adiaphoristis, Maioristis & Sy-
nergistis, vel etiam ab illorum Aduocatis iusto Mœ-
nio & D. Docto: Ioanne Stoffelio, proclamamur
Schismatici, non præter rationem id fieri scimus.
Nam

Nam præterq̄ quòd illi horrendis diris & anathema-
tis, nos ex suis Synagogis eiecerunt, ac gladio & vi
persecuti fuerunt, & adhuc persequuntur, ipsi quoq̄
ab illis discessimus (quamuis ab ijs, quos insigni eru-
ditione & præclaris donis excellere nouimus, ægerri-
mè diuelleremur) Non certè amore contentionis, aut
studio Factionis, sed nullam aliam ob causam, quod
dies Domini iudicabit, quàm quòd Papistæ, Maiori-
stæ & Synergistæ suos Errores, Corruptelas, Collu-
siones, Defectiones, Ecclesiarum distractiones & de-
uastationes, Piorum persecutiones, & infinita Scanda-
la, mordicus retinent, palliant, defendunt & ornant,
quòd q̄ Veritatis liberam confessionem nullo modo
ferre possunt, & rectè ipsos monentes cane peius &
angue oderunt.

In quantum igitur ex Mandato Omnipotentis
Dei: 2. Corinth: 6. Nolite iugum ducere cum impijs. c e
2. Thessa: 3. Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante c e
te inordinate. 2. Ioan: Ne aue ei dixeris: à Papistis, A dia-
phoristis & cæteris Corruptelistis & eorum Errori-
bus rectè seiungimur: non vsq̄ adeò detrectamus,
nos vocari Schismaticos, quin etiam liberè fate-
mur, quòd sicut iam antea Ecclesiam malignantium
iustis de causis scidimus, & quantum quidem in no-
bis est, Vnitatem errantium pio Zelo rupimus: ita
etiam hodiè illorum opera tenebrarum detestamur,
& ab eorum communicatione sumus immunes. Alio-
s quoq̄ vt sibi ab ipsorum contagio & Fermento ca-
ueant, neq̄ vllò modo, vel in rebus vt videtur minu-
tulis, communicent illorum peccatis, sedulo mone-
mus.

MALVM verò Schisma est, quo credentium &
N 3 in pri

in primis syncerorum Ecclesiae Doctorum, qui pro antiquissima Catholica Veritate haëreticis Nouitati- bus restitunt, Pia Vnitas & congregatio, quae à Ter- tulliano rectè Curia nuncupatur, dissoluitur & scin- ditur: rectè cohaerentes, siue aliorum siue propria ma- litia, distrahuntur. Et iuxta Augustini sententiam, non illi solum, qui falsas opiniones serunt, aut alio- rum sequuntur ac defendunt, siue id fiat ex professo, si- ue per collusionem: sed etiam qui interdum in Fidei similitudine, à qua nihil discrepare videntur, societa- tis vinculum dirumpunt, rectè dicuntur Schismatici, Faces dissidiorum, & à Consensu verae & Catholicae Ecclesiae discessisse: Factionum studijs & prauis Mo- litionibus communem Pacem & Concordiam pio- rum doctorum turbasse &c.

August: lib.
qst: Euang:
secundum
Matth.

Tales fuerunt Schismatici Cain, Cham, Chore, Dathan & Abiron, Ieroboam, Hymenaeus, Philetus &c. Nostris temporibus Carlstadtus, Zuinglius, Monetarius, Ioan: Eisleben, Osiander, Adiaphoristae, & plerique alij, quos non tantum Schismaticos: sed, quia circa Fidei veritatem aberrarunt, etiam Haëreti- cos meritò dixeris. Si ergò his sceleratissimis homini- bus, qui Ecclesiam & Politias horribiliter vastarunt, à nostris obtreçatoribus quoque annumeremur, & de malo Schismate accusemur, (quod sanè fit) non solum Schismatis culpam non agnoscimus, sed constanter pernegamus, nos vnquam soluisse Vnitatem & Concor- diam verae Ecclesiae, quae sita est in Fide Christi, in conseruatione & propagatione purioris Doctrinae & in Charitate non ficta: sed potius omnes actiones, stu- dia, afflictiones & exilia in eum finem habere directa, vt VNVM simus in CHRISTO, & Ecclesiae per A- diapho-

diaphorismum, Maiorismum & Synergismum distractæ
rursus coalescant, & quæ primò in integrum restituantur

Nisi igitur Stosselius aliud probauerit, ac manife-
stis & minimè fallentibus testimonijs euidenter com-
mōstrauerit, nos esse Schismaticos, Faces dissidiorum
ad sæuiores distractiones in Ecclesia Christi classi-
cum canentes & c: tunc illi ipsi & suis Coniuratis verè
imputentur omnia illa atrocìa scelera, quæ nobis per
Calumniam impudenter affingit.

Sed, quid si tam tetri Criminis falsa imputatione à
Stosselio prouocati, in ipsum suosq; complices retor-
queamus Mali Schismatis culpam, id quod nullo la-
bore efficiemus.

Primò, non inficias ire poterit magnificus noster
Stosselius, quòd in Causa Consistoriali se à reliquis
Theologis & Pastorib; Turingicarum Ecclesiarum
cum aliquibus paucis se iunxerit, & in gratiam Aulae
comprobauerit ac collaudarit, quod illi iustis de cau-
sis ac firmis Rationibus improbabant & dissuadebāt.

Deinde, cum fidelissimi Ministri & sancti Christi
Martyres, Dominus Balthasar VVinterus Pastor &
Superintendens Ienensis Ecclesiae, & Dom: Magister
Matth: Iudex, ibidem in Academia syncerae Theolo-
giae Professor, loco & dignitatib; amouerētur, Causa
non satis audita, nec cognita, & à D. Christiano Pōtano
indignissimis modis tractarent, & ad mortem vsq;
affligerentur: tantum quòd hic libellum de fugienda
Babilonia Meretrice ediderat, ille ratione officij duos
magnos Synergistas & Adiaphori: à sacris ad tempo-
sus pēderat: atq; cæteri Theologi iniquā abdicationem
fratrum, & Pōtani Cancellarij iniustā Tyrānidē a gre-
ferrent, & pro Fratrib; opprēsis intercederēt, Stosselio
iterum

iterum ad foelicius nauis latus inclinauit, & fratres in
causa iustissima non deseruit tantum: sed etiã scriptis,
censuris & præiudicijs suis, deniq; ipsa in locum de
mortui Pastoris successione, & quòd Tyrannis nihil
contradiceret, apertè visus est damnare fidelissimi
Pastoris iustam sæueritatem & vigilantiam, iustifica
re & confirmare impios: Clauem ligantē prorsus ab
ijcere & pedibus conculcare, dum nimirum eos, quos
eius antecessor suspensos detinuerat, ipse magna faci
litate absoluit, quamuis nec minimam quidem signi
ficationem, se rectius sentire de Doctrina, vnq; edidit
sent. Quæ res vel sola occasio & parasceue fuit Dis
tractionum sæuissimarum, & infiniti mali ac Scan
dali in Turingia.

3. Paulo pòst, Stoffelius à suis Collegis Theologis
Ienensibus de præteritis Actionib; & alijs magnis re
bus, tam ad Ecclesiæ salutem, quam ipsius officium
& personam spectantibus, fraternè & priuatim per li
teras obsignatas admonitus: statim nescio quo æstro
percitus, animum suum planè Cainico odio erga fra
tres suos occupatum atq; suffultum, insigni scelere
prodidit, & contra omnia iura priuatarum literarum
& fidem datam, Epistolam admonitoriam toties oran
tem & protestantem de amico & priuato colloquio
& fidei silentio, non solum temerè patefecit & sparsit:
sed etiam in criminalem & capitalem accusatio
nem deduxit, & Theologis fratribus, quos ipse accep
tis literis, salutaria Dei organa paulo antè dixerat, ex
tremam perniciem moliri ausus est.

Cæterum Theologis expulsis tunc demum lo
cus erat comparatus, vt immundus spiritus suam vna
de

de exierat Domum, iam Stoffelianis scopis à Flaciano
rum contagio mundatam ac repurgatam, sine cuncta
tione repeteret. Igitur cum Victorino Strigelio, qui
tunc ob Pelagianismum obstrictus detinebatur, Ac
tio instituta est, adhibitis Theologis VVirtebergi-
cis & Ioanne Stoffelio, Doctore Maximiliano Morli-
no, Andrea Miseno, Iohanne Höcknero, & Ioachimo
Stigelio. Horum suffragio, cum approbaretur Sy-
nergistica, vel (vt cum Stoffelio loquamur) Semipe-
lagiana Declaratio, à Victorino ex composito propo-
sita, ille statim sine Vulnere Famæ & Conscientiæ (si
dijs placet) restitutus est in integrum, Et hinc inde Su-
perintendentibus Ecclesiarum missa sunt minacia E-
dicta, ne vel ipsi vel alij Transactionem hanc detrecta-
rent aut impugnarent, vt suprâ monuimus.

Tandem Restitutionem Strigelij, quam Stoffeli
us pro viribus adiuuit, subsecuta est VISITATIO
aut verius Inquisitio Flacianæ prauitatis. In qua hoc
tâtum agebatur, vt Pastores in toto Ducatu illustrissi-
morum Saxoniae Ducum propositæ Delarationi Vi-
ctorini subscriberent, & Transactionem cum ipso fa-
ctam comprobarent, atq; Victorinum pro sincero
Theologo & Fratrem agnoscerent. Idq; vt obtineret
Stoffelius, cum in ipsa Visitatione, varijs Glossis, in-
terdum etiam minis & pollicitationibus Pastoribus
persuadere conatus est, Victorini Declarationem om-
ninò esse analogam Fidei, & eius Restitutionem iu-
stam, & Academiæ & Ecclesiis Vtilissimam: tum pri-
usq; in actum duceretur Visitatio, Pastores Ienensis
Ephoriæ astu & Vulpina calliditate circumuenit, &
in suas partes omnes, præter vnicum Dominum Ge-
orgium Ziblerum Pastorem in Sultzbach, pertraxit.
O In

5.

Cæteros Subscriptionem detrectantes, & impiam Re-
stitutionem & Transactionem cum Victorino impo-
pugnantes loco moueri, & cum familijs suis exulare
fecit.

Hæc adeo sunt manifesta, vt Stoffelius nullo mo-
do negare, aut quicq̃ contradicere possit, etsi velit. Ex
quibus omnibus manifestum est, ac luce meridiana
clarius, Stoffelium, vel æmulatione, vel iniusta nocen-
di cupiditate, vel vt ipse Regnum & Dominationem
sibi pararet, contra fidẽ datam, cum Vinariæ à Reue-
rendissimo viro & constantissimo CHRISTI Marty-
re Domino Magistro Ioanne Stollisio, fœlicis & sanc-
tæ memoriæ, manuum impositione, in sacro sanctum
Ministerium inauguraretur, suos Collegas perfidẽ de-
seruisse, & tam in ipsorum perniciem q̃ veræ Eccle-
siæ & cœlestis Veritatis detrimentum cum alijs con-
spirasse & coniurasse, Quod proprium est Sectario-
rum & Schismaticorum.

Nunc iudicet totus orbis, Vtri sint habendi Fa-
ces dissidiorum, & Autores fœuissimarum distractio-
num. Nos ne, qui Synergisticæ Declarationi & illicitæ
Transactioni ex verbo Dei contradiximus, & ni-
hil magis in votis habuimus, quam vt pia Pax & Ve-
rus Consensus in tuenda & propaganda puritate Do-
ctrinæ conseruaretur, & præsens status Turingica-
rum Ecclesiarum, qui verè tunc erat omnium floren-
tissimus & celeberrimus, minimè mutaretur ac per-
turbaretur, sed integer & saluus maneret: An verò
Stoffelius & eius Coniurati, qui se temerè à synceris
& constantibus Doctoribus Ecclesiæ seiunxerunt,

&

& tandem pomum illud ^{regios} tranquillis & optimè
constitutis Ecclesijs immani audacia, Sophistica,
Vi & Fraude obtruserunt, & in eo ipso multo-
rum Dissidiorum & scandalorum Autores fue-
runt:

Seruasset præclaram illam Turingicarum Eccle-
siarum Vnitatem manifestata Veritas, cauissetq; ne vl-
lum fieret in ijs Schisma, si Strigelius & Stosselius Lu-
cem magis q̄ Errorum tenebras amare potuissent.
Quia verò à suis Declarationibus & Superdeclara-
tionibus, & piorum Fratrum persecutione non abstin-
uerunt, non modò nulla inest nobis Schismatis cul-
pa, à qua retinendæ Euangelicæ Veritatis necessita-
te liberamur: sed & indubitato omnis distractionum
istarum ac Schismatum Causa in illis ipsis residere es-
vincitur. Quàm verò graue sit peccatum Schismatis,
ex pœnis alijs grauib; peccatis irrogatis discat
Stosselius. Idolatria conflati Vituli punita est ali-
qua cæde: quòd Zedechias librum Prophetæ exussit,
vltus est Deus captiuitate. At Schisma aduersus Mo-
isen & Aaronem grauius puniuit. Missus est ignis
quo Coniuratio Core absumebatur, terra seditiosos
absorbuit &c.

Verum habet adhuc Stosselius, quo à se remo-
uere posse putabit Mali Schismatis culpam. Non
diffitetur, quòd à Theologis lenensibus & reliquis
constantibus Doctoribus descuerit. Disertis nam-
q; verbis asserit, se à Contagione horum hominum
^{regios} immunem & alienum esse: Nec admis-
surum esse, vt his Sycophantis annumeretur:

Potuisse quidem inter ipsa fulcra & Columnas Eccle-
siae Catharorum summo loco conspici, sed noluisse, ni-
mirum deterritus (si credere fas est) metu iudicij Di-
uini. O Hypocritam, excolantem culicem, & came-
lum deglutientem. Causam seiunctionis subiicit, nem-
pe, Quod Doctrinae puritas & Ecclesiarum salus ad
hæc flaccida fulcra non sit alligata, Et, quod alia sint
Doctrinarum *κρίσιμα*, aliud Ecclesiae fundamentum,
alia notæ discernentes Veram Ecclesiam à falsa, &
Flacio eiusq; assertis addictum & mancipatum esse.

Mirum, quid audimus? Vetera præterierunt & no-
ua facta sunt omnia. Sed heus bone Vir, Nonne tu eti-
am eras cum ipso? Meminerunt adhuc multi, cum an-
te paucos annos Flacius haberet propitium Princi-
pem, quam tunc fueris ipsius assertis addictissimus, &
ipsum agnoueris salutare Dei organum, (hæc sunt
tua verba. Quis erat rigidior & acrior in conscriben-
dis Apologijs contra Strigelium, & asseuerandis illu-
strissimorum Principum Confutationibus præter te
Stoffeli? Nonne tu olim visus es voce & scriptis Illyri-
ci Asserta acerrimè defendere: Victorini autem & Hu-
gelij asserta firmissimis arietibus fortiter impugnare?
Vnde igitur hæc tam subita metamorphosis? Quomo-
do ex addicto Flacij tam citò factus es Antagonista?
ex amico & fratre crudelissimus hostis? Causa est in-
promptu, Alia, scilicet, iam sunt tempora, alij mores,
aliter affecta est Aula. &c. O foelix ille, qui scit rerum
cognoscere causas.

At nondum nobis satis facit, Stoffeli, hoc tuum
frivolum responsum, Nam vt subesset sufficiens causa
dissent.

dissentiendi à Flacij assertis, omnino comprobandum erat, Flacij asserta quæ olim à te & alijs iam in reprobum sensum datis, iudicabantur vera & verbo Dei cõsentanea, nunc esse falsa & discrepãtia à Sacra scriptura, ad cuius Veritatem tanquàm ad Lydium lapidem cuncta dogmata sunt examinanda & discutenda. Quod cum non facias, Videris sanè ex malevolentia & aliorum præiudicio à Flacio temerè discedere, cuius asserta certis scripturæ fundamentis nituntur ac subsistunt: quique præciosum membrum est Ecclesiæ & salutare Dei organum, iuxta illud prius tuum elogium. Videris quoq; nunc addictus & mancipatus esse Adiaphoristarum, Maioristarum, Synergistarum, Calvinistarum & aliorum impijs assertis, ñsq; ad stipulari, & agnitam Veritatem contra conscientiam labefactare, eiusq; Confessoribus admodum hostiliter aduersari, qualicunq; tandem specie ea pallientur, ornentur & iustificentur.

Scimus, plerosq; Flacij Doctrinam & Asserta propria autoritate sine iudicio & ratione condemnare, & in tantum auersari & execrari, vt nefas esse putent ñs addictum & mancipatum esse. Sunt præterea, quibus Flacij nomen tot confictis Criminationibus, Pasquillis, picturis, famosis Scriptionibus & carminibus, quibus linguæ istæ delatrices orbem impleuerunt, ita exosum est & abominabile factum, vt statim ad memoriam eius excandescant, & cum fremitu tam Doctrinam q̃ ipsum Flacium, & omnes alios ab eo non dissidentes, ad inferos vsq; deijciendos, & ex rerum natura tanq; nocentissimas generis humani pestes, exterminandos esse vociferentur: cum tamen Flaciano

rum (vt vocant) Scripta aut nunquam legerint, aut
Causam eorum non cognouerint. At quanto rectius
erat, priusq̃ Doctrina seu asserta Flacij sine causa &
discrimine reijciantur, ea probare, an sint fidei analo-
ga, iuxta illud: Omnia probate, quod bonum est tene-
te. Item: Prophetiam non extinguite. Quod si in timo-
re Dei facerent, præsertim præstantiores illi, nec ita
fascinati Prosopolepsia nimium affectibus & concep-
tis præiudicijs indulgerent, non dubitamus quin Fla-
cio & eius Doctrinæ futuri essent æquiores.

Grande scœlus esset, aliquem propter furti aut
cædis suspicionem capitis damnare, & patibulo sus-
pendere. Quæ igitur est dementia, propter suspicio-
nem ex vanis rumusculis haustam, vera CHRISTI
Membra, & de Ecclesia hoc cribrationis tēpore præ-
clare merita, absq̃ cognitione Causæ, tantum ex præ-
conceptis opinionibus temerario ausu anathemati-
zare, probris lacerare atq̃ proscindere? Talis omni-
nò erat Furor & cœcitas Iudeorū, qui infestis clamo-
ribus Pontificum & Scribarum incitati & ipsi frende-
bant, & contra innocentem hominem Saluatorem no-
strum acclamabant: tolle, tolle: crucifige, crucifige.
Hæc est stupenda violatio iustitiæ & omnium legum
tam Diuinarum q̃ humanarum, simulq̃ coniunctum
habet grande ipsius Christi contemptum.

Si ita licet contra Flacianos, (Flacianorum n. nos-
men ab aduersarijs odiosè per calumniam impositum
ferre cogimur) procedere, licebit Papistis quoq̃ eo-
dem lure vti contra Lutheranos, eosq̃ causa incogni-
ta adiudicare rogis, gladio, & alijs diris supplicijs etiã
sinon

si non conuincantur de aliquo **Errore**, modo constat
Lutheranos esse. Nec in eo iuste à nobis accusari po-
terunt Tyrannidis, Siquidem eundem praposterum
Processum, quem in Papistis hactenus reprehendes-
runt ipsi PseudoLutherani contra Flacianos, qui ve-
ram Doctrinam cum Luthero profitentur, nunc usur-
pant, Profectò hanc Cyclopicam ferociam Deus non
sinet inultam.

Quamuis autem neq; Flacio, nec vlli Doctori,
siue summo siue infimo, id tribuamus, quòd errare
non possit, autem impeccabilem, vt ita dicam, fa-
ciamus: tamen, quia Diuini Mandati & Conscientiæ
necessitate cogimur, in tanta iudiciorum diuersitate
ac peruersitate laboranti Veritati succurrere, eamq;
nostro testimonio subleuare, & ab Aduersariorum in-
iuria vindicare, ingenuè fatemur coram toto mundo,
rumpantur vt illa aduersarijs, nos necessariò addictos
esse Flacij Assertis, in quantum non discrepant à Ver-
bo Dei & Orthodoxorum consensu. Discrepare au-
tem nusquam proditum reperimus, quantum qui-
dem pro nostri iudicij mediocritate intelligimus, nec
ab aduersarijs, siue Papistis siue Adiaphoristis vn-
quam monstratum esse meminimus.

Præterea vel nobis tacentibus per se notissimum
est, quòd Flacius cum Luthero & omnibus Orthodo-
xis planè idem Doctrinæ genus magno consensu pro-
fiteretur, eadem habet Doctrinarum *regula*, iisdem
nititur fundamentis. Denique sicut Lutherus
Elias noster Antichristum & eius Baalitas, atque
etiam Sectarios **CHRISTI** Spiritu prostravit &
conculcauit: ita etiam Dominus Illyricus cum paucis
alijs

alijs vero pietatis Zelo ardentibus contra Antichri-
stum, Sectarios, & Falsarios synceram Doctrinam
constanter propugnat, & bonum Depositem fideliter
conseruat, Quod ipsorum Scripta, Confessiones, Dis-
putationes & assertiones publicè editæ satis apertè te-
stantur. Vnd trotz Stösseln vnd allen Sycophanten/
das sie es anders darthuen.

Verum adhuc nobis obstrepet Stosselius: Ergo
Doctrinæ puritatem & Ecclesiarum salutem flacci-
dis fulcris alligatis, & Flacium fundamentum Eccle-
siæ constituitis &c. Nihil certè minus. Nam de eo con-
stanter & solenniter, vt decet, protestamur. Neq; enim
in vllius hominis aut Doctoris Nomen & Verba ita
iurauim; vt prorsus omnia eius dicta & facta, sine re-
cta ratione & iudicio, ex mera prosopolepsia pro Cœ-
lestibus & Veracissimis oraculis habeam; & ex oscu-
lemur, Sicut pleriq; hodiè faciunt. Pluris n. apud nos
fit illud Neumlehova., ipse verus & viuens Deus dix-
it, quàm τὸ αὐτὸς ἔφατ' ipse Præceptor dixit. Neq; etiam
cuiq; adeò obstinatè sumus addicti & mancipati, vt in
eius gratiam cōtra præscriptum Filij Dei, qui est Ve-
ritas & Magister omnium nostrum, quicq; esse cre-
dendum, dicendum, faciendumue putemus, Quin po-
tius pro anathemate habemus omnem hominem, vel
etiam angelum de Cœlo aliud præter Vnicam Chri-
sti Sponsi Vocem sonantem. Deniq; nec ipse Flacius
tam impius est, & peruicax suæ sententiæ assertor, vt
in Doctrina fidei vltèrius sibi credi postulet, q̄ quate-
nus euidenti Verbo Dei suam Doctrinam probare
videatur. Intra quas metas, vtinam simili pietate sese
continuissent Strigel & Stossel, non ita suæ Declarati-
onis

onis & superdeclarationis, manifestè pugnātis cum Verbo Dei & Illustrissimorum Principum editis Confutationibus, subscriptionem & comprobationem flagitassent, omnesq; diuersum ex verbo Dei monstrantes ignominiosè eiecissent.

Sed vt tandem vno verbo nos expediamus, eatenus Asserta Flacij approbauimus haftenus, & deinceps probaturi & secuturi sumus, constanterq; defensori q̄ diu spiritus hos reget artus, quatenus videlicet ex fundamentis Prophetarum & Apostolorum extracta, adeoq; non Flacij, sed ipsius IESV CHRISTI sunt. Si tamen Stoffel noster eximius, Flacium crassos sparsisse ac propugnasse Errores fortè monstrauerit & euicerit, contra ipsum coniuñctis viribus pugnabimus: Sin minus, certè non possumus non esse addicti Flacij assertis, non tam propter ipsum quàm propter Christum verum Pastorem, cuius voce & autoritate nititur Flacius. Addimus & hoc, quòd Stoffel & omnes alij, qui Flacij Doctrinam cum fidei norma consentientem reijciunt & vituperant, non Flacij sed ipsam Catholicam fidem respuunt, conuellunt, destruant atq; euertunt. Hoc q̄ sit impium, temerarium, & exitiosum Ecclesiae, res ipsa loquitur.

Simili ratione neq; Paulum, neq; Lutherum, neq; dum Flacium quasi Fundamētum Ecclesiae ponim⁹. Non n. aliud fundamentum poni debet aut potest q̄ quod positura est, nempe, CHRISTVS, Hunc Caput & Domini⁹ Ecclesiae, Flacium verò eius fidelissimum Ministrum & socium nostrae Confessionis agnoscimus, & propter praecleara dona, insignem pietatem & animi constantiam, tanq; charissimum fratrem, de nobis & tota Ecclesia optimè meritum suspicimus, Vt vt

P

multi

multi ipsum detestentur, ac sine modo & sine Diaboli
cis conuicijs proscindant.

Quamobrem à Domini Mathiæ Flaciij Illyrici, &
aliorum Syncerorum Doctorum, & Ecclesiarum re-
ctè sentientium, Veræ Doctrinæ Confessione nullo
modo nos seiungere possumus neq; debemus, nisi ve-
limus ipsam Veritatem abnegare, à Vera Doctrina
ad Errores, cum multorum pusillorum Christi Scan-
dalo & certo salutis periculo, declinare, à Vera Eccle-
sia atq; ipsius CHRISTI veræ Vitis, & à reliquorum
palmitum & membrorum societate & fructificatio-
ne nosmet ipsos abscindere, & ad Errantium & Per-
secutorum impiam Cohortem deficere, sicut Strigel,
Stoffel, & pleriq; alij nunc faciunt.

Nequaquã enim corpus à Capite, nec membra inter
se sine graui dolore ac Vulnere diueli possunt. Nam
Paulus arctissimo vinculo & foedere, Fidei scilicet &
Charitatis, CHRISTVM Caput & Ecclesiam singu-
laq; eius Membra constringit. Quicumq; ergo a Ve-
ris Ecclesiæ membris, quæ pendent à Capite CHRIS-
TO, spontè segregantur, illi ipsi non à Flacio, cuius
fortassis modica est apud homines ratio, nec à Luthe-
ri, aut vnus vel alterius cuiusdam synceri Docto-
ris & veri Christiani consortio iudicantur discessisse:
sed reuera totius Ecclesiæ & CHRISTI communia-
nem, & communicationem Spiritus & Vitæ respu-
unt: Filium Dei & Ecclesiam eius contemnunt. I. Co-
rinth: II. Societatem piorum rumpunt, & inconsuti-
lem Christi tunicam, id est, Vnitatem Ecclesiæ scin-
dunt: Et, quod etiam hodiè, proch dolor, fieri conspi-
cimus, quos possunt inter se odiosè committunt, & om-
nia dissidijs, contentiõibus & odijs replent. Hi, nisi
ad

ad Caput & fontem omnis boni Christum Dominum
& Veram Ecclesiam redierint, & in posterum quoque
saeviores distractiones & Schismata moliti fuerint,
grande eos supplicium manebit, sicut Exemplum
Schismaticorum Chore, Dathan & Abiron docet, qui in
ipso scelere terrae hiatus viui absorpti sunt. Numer: 16.

Prolixiores fortassis sumus quam decet, necessario ta-
men haec fuerunt explicanda, ut Doctrinam nostram
ab iniuria & Calumnia Falsitatis & Hæreseos, nosque
à Mali Schismatis insimilatione liberaremus. Nunc
adhuc unam atque alteram Calumniam perstringamus
breuiter.

SEMPER Stosselio ante oculos versatur contra **SEDICIOSI.**
cepta Idea Flacianæ Factionis, quam luculenta de-
scriptione omnibus conspiciendam proponit. Vocat
eam tumultuatricem, rabiosam, & inquietissimam:
Dicit, eam non obscure Vibrare tela in Principes: Fa-
ctiosa consilia contra huius regionis Scholas & Eccle-
sias suscepisse: Vbiq; Dominationem sibi rapere, ac
Tyrannidem exercere &c. Nihil dici potuisset atro-
cius, Et, si probaret quod dicit, certe Monetario &
Monasteriensibus Anabaptistis, vel ipsis Turcis esse-
mus sceleratiores. Sed quia probatione prorsus desti-
tuitur, non opus est laboriosa confutatione. Si accusas
se sufficiat, nemo innocens erit.

Nos eiusmodi confictis Criminationibus, præser-
tim cum habeamus gloriationem optimæ conscien-
tiæ, usque adeo non turbamur, ut potius gaudea-
mus, nos dignos esse cum CHRISTO, Prophe-
tis & Apostolis perinde ornari iisdem encomiis. Eli-
as audiebat: Tu es, qui conturbas Israel. De Paulo 1. Reg. 18.
vociferantur: Viri Israelitæ, succurrite: Hic est ille Act. 17. 31.

Lucæ. 23.

homo &c. qui scilicet Orbē tumultibus replet. CHRI
STVS coram Præsīde Romano accusatur seditiōnis,
qui prohibet tributum dare Cæsari. Athanasius, Libe
rius, & alij eiecti sunt tanquam seditiosi & factiosi.
Nulla igitur maior est gloria, ac certior veræ Eccle
siæ nota, quam in similitima Causa CHRISTVM ip
sum, Prophetas, Apostolos, & tot Martyrum myria
des habere socios contumeliarū & afflictionum. Hinc
est quod Petrus scribit I. Petri 4. Charissimi, ne mire
mini, dum per ignem exploramini, quæ res ad experi
mentum vestri sit, quasi nouum aliquid vobis obta
gat. Imò in hoc, quod consortes estis afflictionum
CHRISTI, GAUDETE, vt in reuelatione quoq;
gloriæ eiusdem gaudeatis exultantes. Si probris affi
cimini in nomine CHRISTI, BEATI estis, Quoniam
& Gloriæ & Dei Spiritus super Vos requiescit, qui
quod ad illos quidem attinet, blasphematur, quod ad
Vos autem glorificatur.

Etsi autem Ecclesiarum illarum testimonio, in
quibus docuimus, & adhuc docemus, nostra innocen
tia satis comprobabitur, & iuxta Bernardi dictum,
sufficiat aduersus os iniqua loquens, opinio bonorum
cum testimonio bonæ conscientie: tamen coram iusto
illo Iudice Domino nostro Iesu CHRISTO, qui omni
um cogitationes nouit & iudicat, & corâ eius Ecclesia
sanctè affirmamus, & protestamur, quod nullius Sedi
tionis vel Autores vel Socij fuerimus. Nunq̃ in Prin
cipes tela vibrauim⁹, Nec factiosa consilia suscepim⁹
vnquam contra huius Regionis Ecclesias & Scholas:
Imò vehementer abhorremus à Factionum studijs,
quibus nostris temporibus Ecclesias & Rempubli
cam horribiliter vastari vidimus; Debitam obediē
tiam

tiā & honorem Magistratibus cum omni submissione
præstamus: Subindē auditoribus nostris inculcamus
illud Pauli: Estote subditi propter conscientiam: Pro
Regibus & Politijs incessanter oramus: In primis ve
rò Illustrissimos Saxonix Ducēs Fratres summa ani
mi reuerentia quasi Deos coluimus, & semper maxi
mi fecimus, cum ob Maiorum suorum nunquam satis
laudatam Pietatem, Confessionis constantiam, & in
Vera Religione defendenda, ornanda & propagan
da Diuinum Zelum, ac indefessum studium, coniu
ctum cum multis alijs præclaris virtutibus, Christia
nis Principibus dignissimis: tum quòd & ipsi verè es
sent Nutricij Ecclesix, atq; Auitis & Paternis firmi
ter insisterent Vestigijs. Proindē sanguinē fundere, &
quoscunq; acerbissimos cruciatus subire ac sustinere
parati fuisset, modò illorum Pietas & Fama, quæ
per totum Christianorum orbem erat celeberrima
& pijs gratissima, constitisset salua & integra.

In hos præstantissimos Heroes, ò Stoffeli, tu Vene
nata tela vibraſti, Et si vera dicere licet, falsis accusa
tionibus, delationibus, censuris, mendacijs, calumnijs,
& alijs artibus obliquis, aduersus innocentes & sa
lutares Ecclesix Doctores ipsos inflammasti, vt ferè
nullam aliam ob causam errent aut peccent, q̄ suo
rum Pseudotheologorum, & quorundam pessimo
rum Consultorum malitia & instinctu. Accedit &
hoc, quod illorum Celsitudini summum in vera Do
ctrina Constantix Decus & Laudem excussisti, & ex
sublimi Confessorum statione vno momento deieci
sti, atq; sic præclarissimo nomini nobilissimæ Familiæ
pessimam notā inuulsi. Quod vt alioqui per se est no
tissimum: ita etiam esse verissimum hac ratione osten
demus.

R 3

Err

Et publica fama & Scripta testantur, & res ipsa loquitur, Illustrissimos Saxoniae Duces fratres, publice editis Confutationibus, non solum insigne Pietatis specimen praebuisse, simulatque planum fecisse, quod nulli Errori essent obnoxii, imo serio detestari Errores & Corruptelas, tam veteres quam recentiores: sed & maiorem de se spem, in asseueranda & promovenda Doctrinae puritate, toti Ecclesiae fecisse. At Stoffelius impostor, sine vilo rubore Strigelii Declarationem ambigua & falsam, quae nimirum in Doctrina de Libero arbitrio ex diametro cum Verbo Dei & Confutationibus Illustriss: Principum pugnat (sicut a nobis probatum est) illorum Celsitudini impudenter attribuit, tanquam domesticam & propriam, & ab ipsis Principibus profectam & approbatam. Nec veretur vir ille dicax & linguosus, eandem superposititiam, & illegitima coniunctione Strigelii & Capri (non aliter atque olim Ixion, Iunonis amore ardens cum quodam spectro in nube congressus, Centauros genuit) natam Declarationem cum suis Superdeclarationibus (sic n. dicendum est propter Stoffelium autorem harum vocum, ne nobis barbarismum obijciat) Pastoribus proponere, & quasi veram & congruentem cum Scriptura & Confutationibus, quantumvis reclamantibus obtrudere, Quam etiam ipsi Principes omnibus modis approbent, & Ecclesijs recipiendam mandent.

Pfd. 149.

Nihil fingimus, & multis notum est, quod Stoffelius in praesentia Illustrissimi Principis Domini Ioannis Friderici secundi hanc vocem aliquando emisit: Haec DECLARATIO non amplius est STRIGELII, sed Illustrissimi Principis nostri. Indigna vox, sed magis detest

detestanda res est, quòd. Cornupetæ Sycophantæ & alijs fanaticis, & Hamanis sic impunè abuti licet summorum Principum benignitate. Proindè sicut in eos animadvertitur, qui publicos fontes inficiunt: ita multo magis in illos Seductores exemplum statuendum erat, qui optimis Principibus priusquam intelligant, doctis dolis tetros Errores & impia paradoxa instillare, & eos à Veritatis Confessione prorsus auellere conantur. Verum iam olim sententiam contra ipsos tulit Apostolus. Gal. 5. Qui conturbat vos, iudicium portabit, quisquis est.

Quid quæsumus, opus fuit Illustrissimo Principi edere Declarationem de Libero Arbitrio: Num obscure & ambigüe locutus est in libro Confutationum, vt quasi in rebus dubijs opus haberet Declaratione & Superdeclarationibus? Nunquid eius Celsitudo in editione & promulgatione suarum Confutationum peruersè senserat? Nihil certè minus. Verè igitur Stoffelius Illustrissimos Saxonix Principes non modò suspectos reddit de errore: sed & palàm inculcat de Synergismo, ac publicè ipsos traducit, quasi priores Confessiones abiecerint, & Confutationes repudiârint. Deniq; præuaricatores ipsos constituit, qui, quæ destruxerunt antea, nunc mutata sententiâ iterum reedificent. Quem non moueret rei indignitas? Profectò nihil in vita nobis acerbius accidit, quàm quòd videamus horum Principum celeberrimæ famæ fœdissimam maculam aspergi, cum propriæ salutis dispendio: & tamen adhuc Serpentem in sinu eorum ali. Meritò ergò, & ex iusto dolore cum Paulo exclamamus: O insensati Galatæ, quis vos

Gal. 3. v. 3.

vos fascinavit non credere Veritati &c. Currebatis
bene, quis vos impediuit Veritati non obedire? Nemi-
ni contuleritis: persuasio hæc non est ex eo qui vocat
vos: MODICVM FERMENTI TOTAM MAS-
SAM CORRVMPIIT &c. Utinam abscindantur
qui vos conturbant.

Libenter parceremus nomini & famæ Stoffelij,
si ipse non tam impudenter fines Verecundiæ transis-
set, & saltem aliquo modo abstinuisset ab operibus te-
nebrarum. Notum est Pientissimi Herois Domini
IOHANNIS FRIDERICI ELECTORIS Saxo-
niæ prudentissimum consilium, & pium studium in
fundanda & constituenda SCHOLA Ienensi. Nec
irritum fuit constantissimi Martyris sanctissimum vo-
tum. Vidimus enim non sine fructu istic doceri & pro-
pagari Veram & incorruptam Doctrinam, & Aduer-
sarijs tam domesticis quæ exteris fortiter resisti ac con-
tradici. Hunc florentissimum Academiae & Turingi-
carum Ecclesiarum, statum Stoffelius factiosis & vio-
lentis consilijs turbavit. Veram concordiam docenti-
um & discipulorum dissoluit: Erroris & dissensionis ma-
teriam præbuit: Tyrannidem in Fratres & domesticos
plus quæ exteri hostes, superbissime exercuit: omnemque
lapidem mouit, ut, quos superiores eruditione & do-
ctis conspiceret, quosque sibi ne emergeret obstare pu-
tabat, e medio tollerentur, & ad Garamantas & In-
dos usque profligarentur, atque etiamnum omnes horta-
tur ad opprimendos nos, & tanquam serpentes e sinu
eiciendos & conculcandos.

Eat nunc Stoffelius, & dicat, Flacianos factiosa &
violenta consilia contra huius Regionis Scholas &
Ecclesias suscepisse, Ut, scilicet, hoc artificio a se decli-
net

net quod ipse designauit. Contra nos optimo iure
ac verè omnia illa atrocìa facinora, quæ nobis falsò
tribuit, in Calumniatorem regerimus, & cum Elia di
cimus: Tu Stoffeli perturbasti Israel: Tu tela vibraſti
in optimos Principes, & tetra labe pulcherrimum e
orum Nomē commaculaſti: Tu falso teſtimonio opti
mè de Eccleſia meritos oneras & deformas: artibus
Synonijs nobis exitium, & Eccleſijs Turingicis, quæ
nuper fuerunt pacatiſſimæ, diſſipationes molitus es,
& etiamnum ad ſæuiores Diſtractiones claſſicum ca
nis: Tu virtutum loco habes Virulētiam ſtyli & ling
uæ, Sophiſticā, Maleuolentiam, Suspiciacitatem, Ma
ledicentiam, πολυπραγμοσύνην, Crudelitatem erga om
nes qui mancipia tua eſſe detrectant, multiplices Pra
cticas, ἐπιχειρηκακίαν, affectationem ſupremi Magiſte
rii &c. Hæc regeſtio vt Vera eſt, ſicuti multæ Actio
nes tuæ, Scripta, Triumpho, tot piorum Querelæ, &
præſens Academiæ Ieneniſis & Eccleſiarum Turingi
carum triſtiſſimus ſtatus abundè teſtantur: ita haud
dubiè iuſto & ſummo Iudici, cui perſpectiſſima eſt no
ſtra innocentia, probatur, quiq; nos ab iſtis falſis tuis
Accuſationibus & Criminationibus iam dudum abſol
uit, & tandem Iuſtitiam noſtram deducet quaſi lu
men, & iudicium quaſi meridies. Sicut enim Deus Io
ſeph ex carcere & vinculis liberauit, & hac ipſa libe
ratione eius obtrectatores celebri innocentia teſtimo
nio mendacijs conuicit: ita & nobis oppreſſis aliquan
dò euenturum confidimus, cum iam ſatis in nos ſæui
tum fuerit.

Tandem à te poſtulamus Stoffeli, ſi non omninò
Deum & pietatem rides, & Lucianicum ſanguinem
Q in

in pectore alis, & vel saltem aliqua ex parte propriæ
existimationis (si qua adhuc est) rationem habes, ut in
legitimo iudicio Ecclesiæ, disertis verbis ac sufficien-
tibus testimonijs probes ac monstres omnia ea, quæ
de nobis scribis. Hoc si feceris, ac nos tales, quales tu
dicis, esse euiceris, non recusabimus atrocissimas
quasque poenas, quibus in reos talium scelerum ani-
maduerti solet, subire.

Interea humiliter, amanter, & propter CHRIS-
TVM Dei Filium, omnes cum summos tum infi-
mos oramus & obtestamur, Quandoquidem Stosse-
lius nihil eorum probat, quæ in nos effutit, neque in æ-
ternum probare poterit, ne aliter de nobis sentire &
iudicare velint, quam ipsa æquitas, ius, pietas, Reli-
gio postulare videntur, iuxta vsitatam Regulam. Qui
libet præsumitur esse bonus, donec contrarium probe-
tur.

Nihil quidem noui accidit. Semper enim summa
quæque scelera & flagitia Christianis intentata sunt. Et
olim Celsus Philosophus, simili planè ratione sicut
Stosselius, Christianos perfidiæ & coniurationis in
Magistratum arguit, Dixit quoque, fidem & Religio-
nem suam ipsos mutuasæ à Barbaris, Et, prauas molis-
tiones ijs assignat, &c. Sed facilius veniam meretur
Ethnicus ille, rerum Diuinarum prorsus ignarus,
quam nostri Celsiani, qui rectè sentire ac docere vi-
deri volunt, & tamen ex Diabolica malicia & impie-
tate viua Ecclesiæ membra, adeoque CHRISTVM
ipsum in suis membris virulentiss: conuicijs profcinda-
dunt & ignominiosè lacerant.

Huius peccati magnitudinem aliquo modo ex-
primit D. Jacobus, vbi sic inquit: Qui detrahât fratri,
&

& qui iudicat fratrem, detrahit Legi & iudicat legē. ,,
Syrach. cap. 5. inquit: Ne appelleris susurro, & lingua ,,
tua ne struas insidias. Super furem. n. est confusio & ,,
pœnitentia & denotatio pessima super bilinguem: su ,,
surratori autem odium, inimicitia & contumelia. ,,
Christus in explicatione 5. Præcepti, reum statuit ge ,,
hennæ ignis, qui dixerit fratri: Stulte. At quantò cru ,,
delior est Stosselius, qui ingentem telam exquisitissi ,,
marum Criminationum contexit, vt nobis innocentis ,,
bus omnium hominum odia conflaret. O crudelissi ,,
mum parricidam.

Quis sibi amplius persuaderi patietur, Stosselium
esse fratrem, & non verius rapacissimum Lupum, ne
tantillum quidem parcentem Gregi: Ex fructibus eo ,,
rum, inquit CHRISTVS, cognoscetis eos. Diaboli Acto. 20.
Patris sui opera facit Stosselius, fortiter Calumnian- Matth. 7.
do, strenuè Mentiendo, & pios hostiliter Persequen-
do. Quis igitur tam stupidus erit, qui non ex operibꝫ
Stosselij cognoscat, cuius Filius ille sit. Nisi ergò tanti
sceleris eum seriò maturèq; pœnituerit, grauissimas
pœnas, quas Deus minatur præfractis Calumniatori
bus, minimè effugiet. Vir linguosus, inquit Psaltes, Psal. 140.
non stabilietur in terra. Vir violentus venabitur ma- ,,
lum donec præcipitetur. Item, Psal. 52. Dilexisti om- ,,
nia verba dolosa, Propterea Deus destruet te in æter- ,,
num, conteret & euellet te de tabernaculo, & radicem ,,
tuam de terra viventium. Exempla sunt in conspectu. ,,
Danielis obtrectatores discerpuntur, atq; etiã ossa eo ,,
rum comminuuntur à leonibus. Haman Macedo, ,,
propter insidias & Calumniam, quam Iudaicæ genti- ,,
intenderat, fœdo supplicio perijt. Et improbi Senes ,,
de Calumnia falsò intentata pudicissimæ matronæ. ,,

Q 2

sufans

Sufannæ, coram multitudine à Daniele conuicti, saxis
obruuntur.

Matth. 12. c c
SUFFICIENT hæc, ad quasdam tantum Ca-
lumnias Stoffelij easq; nimis graues, respondisse. Vn-
de pius Lector iudicium facere poterit de ingenio ma-
ledicentissimi Sycophantæ. Nisi enim talis esset Stosse-
lius, & pectus eius multò foedioribus Vicijis intus sca-
teret, non potuisset tanta Verborum Virulentia, tot-
q; & tam varia ac multiplicia effundere conuicia, Ex-
cordis namq; abundantia os loquitur. Et, κόκκυξ suum
κοκκύζειν, Der Vogel kan nicht anders singen / denn im
der Schnabel gewachsen ist / Der Bock pfercht nicht
Muscaten / sondern garstige Lorbern. Quare tam te-
tris Criminationibus, quas more histrionum & cau-
ponum plenis buccis euomit, seipsum & suas cupidi-
tates egregiè depingit, & pectoris sui æstum prodit
atque aperit.

Possemus equidem sine negocio multa Contra-
dictoria, grandia Mendacia, & falsas Gloriationes
Stoffelij, quibus se ornare, nos verò deformare stu-
det, producere. Sed, quia in re tam manifesta omnia
curiosius inquirere, instituti esset non adeò necessa-
rj, & pleraq; à Mansfeldensibus, Domino Ioachimo
V Westphalo & alijs eruditè & grauius sint confuta-
ta, igitur finem imponamus Scripto, ne prolixitate Le-
ctori tædium offundamus, & de illius candore quic-
quàm dubitare videamur. Tantum hoc monemus
omnes & singulos. Veritatis amantes, ne rem leuicu-
lam & nullius momenti æstiment Stoffelij impias Col-
lusiones cum Sectarijs, Syncerorum Doctorum & Ciu-
uim

uium veræ Ecclesiæ Obtrectationes, Proditiones & Persecutiones, tot Scandala, Desertiones, Ecclesiarum, benè constitutarum Dissipationes, Schismata, & multa alia damna, quæ Ecclesiæ dedit filius iste Perditionis. Quæ omnia nemo bonus sine Euangelicæ Veritatis perfida abnegatione, eiusdemq; oppressione, nec sine ipsius Filij Dei & pusillorum eius graui offensione, Deniq; non sine lætali conscientiæ vulnere, in Stoffel comprobabit aut palliabit.

QVOD RELIQVVM EST, OMNES OMN
nium ordinum homines oramus & obsecramus, vt re motis affectibus, nobis & Causæ nostræ sint æquiores, & Causæ dijudicationem suo loco iuent & promoteant. **INPRIMIS** verò Illustrissimos Saxoniae Duces fratres, propter **CHRISTVM** & eius Ecclesiam (quæ iam verè est paupercula, Tempestate conuulsa, absq; vlla cõsolatione) ea qua fieri potest ac debet subiectione, supplices oramus & exhortamur, vt nobis, et alijs pijs hominibus, qui hinc indè de Doctrinæ corruptelis & alijs flagitijs variè proscinduntur, & Vi opprimuntur, Sed de nullo tamen falso Dogmate & Scelere in hunc vsq; diẽ conuincuntur, iudicium contra Aduersarios dare dignentur, & Causam nostram ad legitimam dijudicationem Ecclesiæ deducant. Id quod ex Omnipotentis Dei iussu, & iusta commiseratione afflictissimæ Ecclesiæ, cuius se Membra & Ciues profitentur, pro sua autoritate & officio facere debent & possunt, Nisi velint seipsum & miseram plebem in præsentissimum corporis & animæ periculum conijcere, & licentiam Sophisticandi, Errores spargendi, & quæuis in Ecclesia impune perpetrãdi, confirmare.

Non Synodum flagitamus, quæ nobis Actoris &

Q 3

Iudicis

Esaiæ. 45.

Iudicis partes sit adiudicatura, aut Præsidiē Dioscori
similem datura, sicut Stoffelius nugatur. Talem enim
iam antea in Turingia celebratam esse, non sine magno
nostro & Ecclesiae detrimento, cum gemitu & lach
rimis deploramus. Quid quæso in Synodo Ephesina
altera, cui Dioscorus præfuit, accidit, cuius simile
non acciderit in Restitutione Victorini & subsequen
ti Visitatione? Sicut enim tunc Dioscorus Episcopus
Alexandrinus fautor Eutichis, Synodum ab Impera
tore malis artibus impetrauit, & ex simulatione con
stituit, ut in illa non nisi iuxta Formulam Nicenam de
cerneretur, cum tamen reuera tota Actio directa esset
ad opprimendum Flavianum Orthodoxum, & resti
tuendum Eutichen Hæreticum: Ideoque lecta & audi
ta Confessione seu Delaratione Eutichis, exclama
uit Synodi præses Dioscorus: Optima Eutichis Fi
des, concordat Fidei trecentorum decem & octo Pa
trum, Et, Eutiches recte credit, & nos eandem senten
tiam profiteremur: Postea pro imperio & libidine quo
que egit omnia, à Synodo & officijs exclusis & remo
tis, & ad necem usque excruciatissimis, qui detrectassent
Subscriptionem: multos quoque Episcopos stipatus mi
litum cohorte, ut magis & minis quam rationibus ad sub
scribendum coegit: cum verò horum plerique Subscrip
tionem retractarēt, ob id officijs abdicati sunt &c: Ita
planè similiana ratione noster Dioscoricus Præses, Io
annes Stoffelius, adiutus quorundam Aulicorum o
pe, effecit, ut Synergista Strigelius per fas & nefas re
stitueretur in integrum, & de eiusdem Synergistica De
claratione ad rauium usque clamitauit, & adhuc clami
tat, Victorinum recte sentire, concordare eius Decla
rationem cum authenticis Scriptis Orthodoxorum, &
mini

minimè Synergisticum quid occultare: Deniq; fretus
saculari brachio, multos ad Subscriptionem adegit,
reliquos exclusit, exautorauit, & cum suis familijs ex
ulare fecit. Eiusmodi Lystricam Synodum minimè ex
petimus, quin potius Dioscorica & Stosseliana Tyran
nide pressi, gemimus, & ab ea liberari humiliter peti
mus & requirimus.

Quare denuò ad Vestram Celsitudinē, illustrissi
mi Principes, confugimus miseri, ac tale iudicium no
bis minimè denegatum iri confidimus, in quo pñ &
ad eam rem idonei viri, remota προσωποληψία & priua
tis affectib; secundum Verbum Dei, ad cuius normā
cuncta Dogmata sunt examinanda & inquirenda,
hanc & alias Controuersias dñjudicent, decidant, deq;
eis pronuncient. Sic olim Christianissimi Principes &
Imperatores, Constantinus, Theodosius, & alij pleriq;
Ecclesiæ Vulnera sanarunt, Hæreticorum falsa Dog
mata represserunt, & Doctrinam puram propaga
runt & conseruârunt. Ita demum redimetis animas
vestras, Verā Concordiam, quæ est in CHRISTO
Domino, sancietis: collapsam & afflictissimam Eccle
siam, cuius vos nutricij & alumni perhibemini, mag
na ex parte restaurabitis: Deniq; cœlum & terram
gaudio non contemnendo implebitis.

Dominus IESVS pusillum suum Gregem prote
gat, Celsitudinem vestram gubernet, & flectat ad
recta & salutaria consilia, vt in isto die vestro
cognoscatis, ac fideliter curetis, quæ ad
Pacem Vestram, Dei Gloriam, &
Ecclesiæ Salutem pertinent.

AMEN AMEN.



NOMINA EXVLVM TVRINGI-
corum, qui huic Responsioni subscrip-
serunt.

1. M. Bartholomæus Rosinus olim Pastor & Superin-
tendens Vinariensis.
2. Alexius Bresnicerus olim Pastor & Superinten-
dens Aldenburgensis Ecclesiæ.
3. M. Martinus V Volffius olim Pastor Chalensis.
4. Michael Schulteis olim Pastor Creutzburgena-
sis.
5. David Scheffer olim Pastor Saltzungenensis.
6. M. Iohannes Fuldnerus olim Pastor Budstadien-
sis.
7. M. Ioachimus Magdeburgius olim Pastor Ofs-
manstadiensis.
8. M. Timotheus Kirchnerus olim Pastor Herbst-
lebianus.
9. M. Matthias Kinolerus olim Pastor Grunsta-
diensis.
10. M. Martinus Faber olim Pastor Gösfnitzenensis.
11. M. Iohannes Andreae olim Pastor Manstedien-
sis.
12. M. Benedictus Melhorn olim Diaconus Vina-
riensis.
13. Fabianus Kein olim Diaconus ibidem.
14. Andreas Hammer olim Diaconus ibidem.
15. Philippus Ruttenus olim Diaconus Ecclesiæ
Neustadiensis ad Orlam.
16. Ieremias Discigerus olim Pastor Suerstadien-
sis.

17. Iohan-

17. Iohannes Barck olim Pastor in Madel.
18. Georgius Ziblerus olim Pastor in Sultzbach.
19. Ionas Francus olim Pastor in superiori Rosla.
20. Iohannes Guntherus olim Pastor in superiori Vi
naria.
21. Iohannes Topffer olim Pastor in Obringem.
22. Nicolaus Hacus olim Diaconus Budstadiensis.
23. Henricus Zimmer olim Diaconus Saltzungēsis
24. Iohannes Strophius olim Diaconus ibidem.
25. Iohannes Leo olim Pastor in maiori Mulhausen.
26. Balthasar Hancke olim Pastor Hermstediensis.
27. Henricus Moller olim Pastor Hemhelheimensis.
28. Paulus Reineckerus olim Pastor Tentlebianus.
29. Paulus Regius olim Pastor in Ramsla.
30. Fridemannus Hauck olim Pastor in Opplick.

Philippus Mel: in Locis editis Anno 1541.

Sæpe etiam iam comperi, homines astutos insi-
dias struere Veritati, offundentes oculis atq; animis
hominum ambigüe dicta tanq; præstigias. Itaq; hi Co-
thurni odio digni sunt, & à pijs vitandi & exploden-
di. Dicamus in Ecclesia Scapham Scapham, & ficum
ficum, vt est in prouerbio, Nec Labyrinthos propo-
ni Ecclesiæ sinamus, qui bonas mentes perturbant, &
in malis confirmant errores.

G. S.


Dantur in hoc Capri mendacia uana peulci
Cognoscenda tibi, lector amice, libro:
Post fidos uomuit, ceu stercora foeda, Ministros,
Quæ sine uenturi Iudicis ille metu.
Hæc quicumq; legis, nullo monstrante, uidebis,
Stoffelium sanæ mentis habere nihil.
Triste Lupus stabulis, maturis frugibus imbres,
Triste Turingiacis corniger Hircus Agris.

R

Erra

Errata sic corrigito.

- A 3. fac. 1. lin. 8. lege criminationibus pro criminibus.
A 3. fac. 1. lin. 5. post uocem, uestigium, interpone, quidem.
D 1. fac. 1. lin. 4. pro Euga lege fuga.
Ibidem lin. 16. pro expediuimus lege explicuimus.
D 3. fac. 1. lin. 21. pro rupud: lege repudiationem.
D 3. fac. 2. lin. ultima pro euulgatam lege euulgatum.
D 4. in Scholio b. lege assentiuntur pro essentiuntur.
E 2. fac. 2. lin. 14. pro aeterna, lege aeternam.
E 3. fac. 1. lin. 12. lege comminiscabatur.
E 3. fac. 1. lin. ultima lege passiva.
E 4. fac. 1. lin. 11. pro summa lege sententia.
E 4. fac. 2. lin. 1. lege usurpetur.
E 2. fac. 1. lin. 7. pro dicitur lege diceretur. Ibid: lin. 25. lege Psychici.
F 2. fac. 2. lin. 23. lege quo, pro qua.
F 4. fac. 1. lin. 6. lege detrectasse. Ibid: lin. 18. lege ita pro id.
Ibid: lin. 20. pro aut, lege autem.
G 2. fac. 1. lin. 24. lege Antiadiaphoristas pro Adiaphoristas.
G 4. fac. 2. lin. 6. lege recuperauerunt. Ibid: lin. 10. pro noluit, lege noluerit.
H 1. fac. 1. lin. 22. lege uastabatur.
H 1. fac. 2. lin. antep. lege, tantum.
H 2. fac. 1. lin. 4. a fine lege, Strigelio iam profugo.
H 3. fac. 2. lin. penult: lege minima.
H 4. fac. 1. lin. 13. lege Spirituali.
H 4. fac. 2. lin. 5. a fine lege, carnem pro carnis.
I 2. fac. 1. lin. 8. pro, accipientis, lege, arripientis.
K 3. fac. 2. lin. 15. pro quidquid huius facere, lege faceret.
L 1. fac. 1. lin. 19. lege enim pro etiam. Ibid. lin. 21. lege uos, pro nos.
Ibid. lin. 27. lege flexiloqua. Ibid. lin. 28. lege detrectamus.
M 2. fac. 1. lin. penult: lege, se nec factiosum.
M 3. fac. 1. lin. 2. pone colon post, haretici.
N 1. fac. 1. lin. 4. pro quod lege ut.
N 3. fac. 2. linea 3. lege resistunt.



riß

ss



490


AB 153490

ULB Halle 3
002 698 854



SL







4

RESPONSIO
EXVLVM TVRIN
GICORVM AD INVECTIVAM
D. IOHANNIS STOSSELII, QVAM
MENSE OCTOBRI ANNO
M. D. LXV. EMI
SIT.

I. Corinth. 2.

*Spiritualis omnia quidem dijudicat, ipse verò à
nemine dijudicatur.*

I. Corinth. II.

*Oportet Sectas inter vos esse, quò qui probati
sunt, manifesti fiant inter vos.*

Gala. 5.

Qui conturbat vos iudicium portabit, quisquis est.

Matth. 18.

*Si Ecclesiam non audierit, sit TIBI velut Eth
nicus & publicanus.*

M. D. LXVII.

